CONSULTATIO PHILOLOGICO-THEOLOGICO-MEDICA CURIOSA

De

PESTE,

Vtrum nempe homini, præſertim Chriſtiano, liceat eam ſalva optimæ mentis conſcientia fugere, an non?

Variis

Omni luce clarioribus referta argumentis ad defendendam affirmantem, & refellendam negantem ſententiam,

Fidiſſimis inſuper προφυλάξεως, καὶ θεραπείας abundans remediis, publicata

Ab

HERM. WERN. ENGELB. DE WESTHOVEN,

S. R. I. Equite, Comite Palatino Cæſareo, Med. D. Cæſareæ Naturæ Curioſorum Academiæ Collega, Regii, ac Electoratis Boruſſo-Brandenburgici Collegii Medici Adiuncto per Comitatum Marcanum, Reipublicæ Hammonenſis Conſule, nec non Poëta Laureato Imperatorio, &c. &c.

LEMGOVIÆ

Sumptu, ac typis HENR. WILH. MEYERI,

1721.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Celſiſſimis Comitibus, ac Dominis,

DOMINO

HENRICO AL-
BRECHTO,

&

DOMINO

CASIMIRO,

S. R. J. Comitibus regentibus in Sayn, Wittgenſtein, Hohenſtein, & Bertenburg, Dominis in Homburg, Vallendar, atque Neumagen, &c. &c.

Comitibus, ac Dominis meis Clementiſſimis

Perpetuam felicitatem!

Cel-

Digitized by Google

Celſiſſimi Comites, Domini Clementiſſimi!

Ponitur ante pedes hæc conſultatio VESTROS,
Vt vere grati monumentum pectoris exſtet.
Eſt etenim nondum bis frugibus area trita,
Nec ſua ſol radians bis ſigna recenſuit alma,
Quum Berlenburgi clementia VESTRA clientem

Digitized by Google

Exciperet lautis dapibus, viniſque probatis.
Non mihi, ſi centum, Deus ora ſonantia linguis,
Ingeniumque capax, totumque Helicona dediſſet,
Singula perſequerer, mihi tum monſtrata fauoris
Pignora præcelſi! Quapropter ſumite præſens
Chartaceum munus clementer fronte ſerena,
Spectantes (*) animi candorem dantis apertum.
Inſuper incolumes, ſani belleque valentes
Vivite Methuſalæ ſuperantes tempora cana!
Soſpitibus VOBIS ſit CONJUX UTRAQUE ſoſpes.

At-

(*) M. Gotthilffs Trauer in Dædalo Germanico p. 650. munerum, inquit, animus eſt optimus, quod dictum atteſtante Baſil. Fabri theſauro erudit. ſchol. p. 1469. Græci olim ita reddiderunt: ξενίων θυμὸς ἄριστος.

Digitized by Google

AtqueSUOS SOBOLES feliciter impleat annos,
Donec cœleſtis vitæ contingere metam
DetVr, Vt æthereo NVMen CeLebretVr In aLto!

Fundebam raptim Hammonæ Gueſtphalorum cIↃ IↃ CCXXI. D. XXIV. Maji.

Celſiſſimis Nominibus VESTRIS

ſubmiſſiſſime addictus

Hermann. Wern. Engelb. de Weſthoven.

Auguſtiſſimi, Invictiſ-
ſimique Romanorum Im-
peratoris cætera ACADEMIÆ
NATURÆ CURIOSO-
RUM, necnon

&

Sereniſſimi, Potentiſſimi-
que Boruſſorum Regis reliqua,
COLLEGIO ME-
DICO,

Societatibus Illuſtriſſimis, totoque
litterato orbe longe Cele-
berrimis

A U C T O R

ὑγιαίνειν, καὶ εὖ πράττειν.

Illu-

Illuſtriſſimi Domini,

Patroni indulgentisſimi, omnique obſeruantia maxime colendi.

Plinius (α) eſt autor, mortales thure carentes
Arabio, ſalſa rite litare mola.
Quin (β) memorat Superis quod belle lacte recenti
Supplicet agreſti ruſticitate ferus.
Præterea Græcus (γ) *Plutarchus* ſcribit egeni
Quod placeat Xerxi tradita lympha manu.
His igitur, SUMMI PATRONI! motus adire
Audeo VOS, veniam ſed precor atque peto.
Vile quidem ſcriptum ſubmiſſe dedico VOBIS
Attamen id gratæ pignore mentis ouat.

(α. β.) Natural. hiſtor. præfat. lin. 42.
(γ) in Artaxerxe p. 1014.

Quippe prius celeres paſcentur in
æthere cerui,
Quam fugient animo tot benefa-
cta meo.
Tum teneræ linquent turres, nidos-
que columbæ
Quando fauor VESTER pectore
pulſus erit.
Vultibus idcirco blandis jam ſumite
ſcriptum,
Quod niueos VESTROS ſiſtitur an-
te pedes!
CVnctIpotens Vero Vos Donet
NeſtorIs annIs,
Et parIter MIra proſperitate beet!

Illuſtrisſimi Domini

Patroni indulgentiſſimi, omnique obſer-
vantia maxime colendi!

Hammonæ ad Aſæ, & Lupiæ confluentes
die 24 Menſis Maji, ann.
1721.

Ex voto humillimo VESTRORUM
Excellentiſſimorum nominum ve-
neratoris perpetui

H. W. E. de Weſthoven.

Exordium.

Contemplanti oculis & animo, morbos genus humanum infeſtantes, peſtis omnes atrocitate ſuperare videtur. Hæc autem Latine dicitur (*a*) a paſcendo, vel per συγκοπὴν a peredendo quaſi pereſtas, aut pereſtis, vnde, *Sexto Pompeio* (*b*) *Feſto* teſte, antiquis peſeſtas audiuit, niſi cum (*c*) *Meurſio* legas peſteſtas. Alii eam deducunt a peſſum, quod homines peſſundet, & e medio tollat, alii ἀπὸ τοῦ πεσεῖν, dum immaniſſimæ feræ inſtar cunctos proſternit, ac funditus perdit. Huc reſpiciunt forte Ebræi, a quibus (*d*) דֶּבֶר perditio, res perdens, &, vt (*e*) *Tertulliani*, (f) *Ambroſii*, (g) *Auguſtinique* vocabulo vtar, extermi-

(*a*) Joh. Tilemann. diſput. med. inaugur. de nat. & cur. peſt. Marpurg. Cattor. ann. 1636. a d. 18 Febr. habit. theſ. 2. (*b*) De verbor. ſignificat. l. 14. p. m. 349. (*c*) Itidem in notis Andr. Dacerii edition. Lutet. Pariſ. 1681. in vſum Seren. Delphin. vulgat. (*d*) Exod. c. 9. v. 3. (*e*) Adverſ. Valentinian. c. 16. (*f*) Ad virgin. lapſ. cap. vlt. (*g*) Confeſſion. l. 2. c. 4. extr.

nium (*a*) das böſe Ding nominatur, ſtatuitque *Iohannes* (*b*) *Buxtorfius* iſtam ſic appellari *ſeu quod ſit res a Deo educta,& decreta, ſeu quod abducat omnis ſtatus, & generis homines.* Vt etiam Proteus πολύμορφος; ita pæne multo centiceps bellua noſtra ſuperbit cognomine. In ſacris literis nuncupatur (*c*) plaga, (*d*) laqueus venatoris, arcus, (*e*) ac ſagitta irati Numinis, lues (*f*) in meridie vaſtans, tempusque (*g*) malum, quando mors adſcendit ad feneſtras noſtras, & ingreditur in palatia noſtra ad exſcindendum paruulos e vicis, ac iuuenes e plateis, vt cadant cadauera humana, quemadmodum fimus in ſuperficie agri, & manipulus a tergo meſſoris colligente nemine, quo viui vix ſufficiant ad ſepeliendum, & iuſta defunctorum corporibus ſoluenda, funeraque decente apparatu, atque honore celebranda. A (*h*) Græcis λοιμὸς, Gallis la peſte, la contagion, Anglis the peſt, or plague, Italis peſtilenza, Hiſpanis peſtilencia, Germanis die Peſt/ Peſtilentz/ Ruthe GOttes/ Belgis de peſt, en beſmettelyke ſiekte, & ab (*i*) *Homero* κῆλα Θεῦ vocatur,

(*a.b*) Lexic. Hebraic. & Chaldaic. p. 131. (*c*) 2 Sam. c. 24. v. 21. (*d*) Pſalm 91. v. 3. (*e*) Pſalm 7. v. 13. (*f*) Pſalm 91. v. 6. (*g*) Ierem. c. 9. v. 21. 22. (*h*) Stephan. Blancard. lex. nov. medic. pag. 484. & Ambroſ. Calepin. 7 ling. dictionar. p. 1141. (*i*) Iliad. a. v. 53.

Digitized by Google

tur, nonnulliſque (*a*) medicis Dei flagelli, manus Dei ſævientis, febris peſtilentis, morbi arſenicalis, mercurialis, aut contagioſi nomine venit. *Generaliſſime*, dum ex doctrina (*b*) *Ariſtotelica* ἐ ὀκνητέον ἐν τῷ διαιρεῖν & (*c*) ἀναγκη, τὴν διανοίαν ἀορίςως ἔχειν ἄν τις τῷ διαιρεμένῳ πολλαχῶς ὡς ἀδιαιρέτῳ χρῆται. Ἄδηλον γὰρ κατὰ ποῖαν φύσιν αὐτῷ συμβαίνει τὸ λεχθὲν, ac (*d*) *Galenica* perturbatus nominum vſus rerum quoque perturbat notitiam, denotat omne detrimentum graviſſimum, & noxium quodcunque rem ſiue animatam, ſiue inanimatam affligens, vti ex (*e*) *Plauto*, (*f*) *Terentio*, (*g*) *Cicerone*, atque (*h*) *Liuio* intelligi poteſt. Sic Licinius Imperator, referente *Sexto Aurelio* (*i*) *Victore*, literas, quibus infeſtus fuit, per inſcitiam immodicam, peſtem nominavit publicam. Pro toxicis, ſeu venenis poſuit (*k*) *Seneca*;

Peſtes vocat, quacunque ferventes
creat Arena Libyæ &c.

Et (*l*)

Æmonius illas contulit peſtes Athos,
Has Pindus ingens.

Tex-

(*a*) Gutmann. Buxbaum diſp. med. inaug. de peſte Lugd. Bat. d. 18 Iun. 1697. Ioh. Lenſe diſp. med. de peſte Leid. d. 2 Febr. 1703. ac alleg. Tilemann. diſput. theſ. 2. (*b*) L. 2. elench. c. 2. (*c*) L. 1. de cœl. (*d*) L. 3. ſimpl. cap. 12. (*e*) Capt. act. 4. ſc. 3. v. 3. (*f*) In Adelph. act. 2. ſc. 1. v. 34. (*g*) Pro Rabir. perduell. c. 1. de amicit. c. 25. & in Offic. l. 2. c. 5. (*h*) L. 2. c. 49. (*i*) Epitom. de vit. & mor. Imp. Rom. c. 41. §. 8. (*k*) Med. v. 681. (*l*) Ibidem v. 720.

Digitized by Google

Textilem etiam peſtem eleganter dixit (*a*) facundiæ, Latiarumque litterarum parens, qui omnia (*b*) incrementa ſua ſibi debuit, & vir novitatis nobiliſſimæ, vtque vita clarus, ita ingenio maximus fuit, veſtem (*c*) venenis imbutam, qua periit Hercules. Præterea ſumitur vel *generaliter* pro ἀέρος (*d*) φθορᾷ ſtatu, ac conſtitutione, qua talis morbus graſſatur, vel *in ſpecie*, (*e*) & aut *improprie* pro multis morbis eodem tempore inuadentibus, aut *proprie* pro maligno, atque venenato cordis affectu, maxime acuto, & lethali, atrociſſima ſecum inducente συμπτώματα, licet vulgo quoque pro carbunculis, & bubonibus &c. accipiatur. Male igitur *Gifanius*, *Auſonius Popma*, ac *Scioppius* ex mente *Chriſtophori* (*f*) *Cellarii* eos βαρβαρίζειν, & parum pure loqui volunt, qui peſtem pro morbo adhibeant, præſertim quum eodem abſoluto luem contagioſam ſignificante ſenſu (*g*) *Ennius*, (*h*) *Plautus*, (*i*) *Lucanus*, (*k*) *Apuleius*, (*l*) *Barthius*,

(*a*) Ita Cicero audit Plinio l. 7 nat. hiſt. c. 30. & (*b*) C. Velleio Paterculo hiſt. l. 2. c. 34. (*c*) 2 Tuſcul. c. 8. (*d*) Galen. 6. Epid. com. 1. t. 28. (*e*) Vntzer. Antid. peſtil. l. 1. p. 1. d. 1. Duncan. Liddel. de peſt. (*f*) Baſil. Fabr. Theſaur. erud. ſcholaſt. p. 1707. (*g*) Apud Priſcian. l. 9. in vero. neco ſub 1 coniugat. (*h*) Amph. act. 2. ſc. 1. v. 33, (*i*) L. 6. v. 89. (*k*) Apolog. de comitial. morb. (*l*) Ad Statii Thebaid. l. 2. p. 453.

Digitized by Google

thius, aliique vtantur. Inſuper pro morte ipſa peſtem (*a*) Comicus dixit poëta, leporis (*b*) & facetiarum magiſter elegantiſſimus. Profecto malo iſto grauiſſimo laborans, præter appetitum ciborum imminutum, ac ſæpe proſtratum ſiti vehemente, ac Tantalea, nauſea, vomitu, anxietate circa præcordia, & orificium ventriculi ſuperius ſtomachum, corporis agitatione, ac inquietudine continua, aluique fluxu vexatur. Mitto λειποθυμίαν, cordis palpitationem, caloremque intenſiſſimum interiora corporis vrentem; prætereo dolorem acutiſſimum, κεφαλαλγίαν moleſtiſſimam, vigilias, deliria, eruptionemque ſanguinis per nares, aures, ac vterum, &c. taceo externa peſti propria συμπλώματα bubones, anthraces, maculas. Et quis nunc ſingula, nunc vniuerſa aut animo adſequi queat, aut complecti? Si vetuſta rerum monumenta componentibus, & memorabilia, ac auribus digna in acta, faſtosque referentibus credendum, Nerone (*c*) Claudio gubernante peſtilentia vnius autumni triginta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt, & re-

(*a*) Plaut. Capt. act. 3. ſc. 3. v. 11. (*b*) Ita a Chriſtoph. Cellario in cur. poſterior. de barbariſm. & idiotiſm. ſerm. Lat. prolegom. p. 12. nominatur. (*c*) C. Sueton. Tranq. in Ner. Claud. c. 39.

Digitized by Google

regnante (*a*) Marco Antonino philoſopho tanta exſtitit peſtilentia, vt multa millia conſumſerit, ac vehiculis, ſarracisque cadauera fuerint exportata, nec non imperantibus (*b*) Gallienis duobus vel Romæ, vel in Achaicis vrbibus ea vehementer ſæviit, vnoque die quinque millia hominum perierunt. *Wagnerus* in chronolog. ſua, & (*c*) *Sigbertus* tradunt, anno octingenteſimo primo ſub Imperio Irenes Imperatricis Conſtantinopolitanæ a prægreſſo aëris humidiſſimi dominatu inualuiſſe graviſſimam peſtem, quæ maximum hominum numerum in Gallia, ac Germania præcipue iuxta Rheni tractum abſtulerit. (*d*) *Bonfinius* etiam narrat, anno quingenteſimo octogeſimo nono Mauritio ſummam habente poteſtatem, ad anni oppido pluvioſi, & auſtrini conſtitutionem plurimas aquarum inundationes ſecum afferentem in Italia diram ſecutam fuiſſe peſtilentiam, legiturque in hiſtoria Friderici ſecundi Imperatoris, vt accurate *D.* (*e*) *Albertus Henric. Grætz* annotavit, anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſeptimo ob continuas plu-

(*a*) Iul. Capitolin. in Marc. Anton. philoſ. c. 13. (*b*) Trebell. Pollio in Gallien. duob. c. 5. (*c*) Centur. 8. (*d*) L. 8. decad. 1. (*e*) In diſſert. ſolenn. med. de temporib. ann. inſalubrib. Hal. Magdeburg. menſ. Sept. 1705. habit. §. 8.

Digitized by Google

pluuias Tiberim Romæ excreviſſe, & peſtem grandem excitaſſe, a qua vix decimus quiſque euaſerit. Quid? quod annis Domini, ac (*a*) Salvatoris noſtri milleſimo (*b*) quadringenteſimo Florentiæ triginta millia, ac milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto in civitate Neapolitana intra ſemeſtre temporis ſpatium trecenta fere mortalium millia lue violentiſſima naturæ debitum ſolverunt, vltimaque horrenda ſtrages diu ante Franciſci Xauerii imagine in publico loco ſocietas Ieſu templi expoſita, ac vultum oſtendente ſubtriſtem, lacrymantesque ocu-

(*a*) Quamuis *Cicero* in 4 Verrina neget nomen exſtare Latinum, quod Græco vocabulo σωτὴρ reſpondeat, idemque *Ambr. Calepinus* in diction. 7 ling. p. 1366. ratum faciat: nos tamen ſequentes auctoritatem *Auguſtini* l. 3. de Trinit. c. 10. *Lactantii* Chriſtianorum, ut *Io. Ludov. Vines* ſub fin. l. 3. de tradend. diſcipl. putat, omnium facundiſſimi, ſonumque habentis plane Ciceronianum, l. 4. de ver. ſapient. c. 12. p 270. & 271. §. 6. 9. veteris inſcriptionis apud *Gruterum* p. 19. *Stephani* gloſſarii, aliorumque malumus, quum de Chriſto ſermo eſt, Saluatoris, quam Seruatoris voce uti. In noſtram quoque eunt ſententiam, ac ſuum adiiciunt calculum *Dausqueius ad Baſilii Seleuc.* orat. 11. de Iona, *Baronius* in notis ad martyrolog. Rom. M. Nouembr. D. 9. Barthius ad l 5. Theb. Statii p. 19. & Reineſius epiſtol. pag. 683. iisque ſuccenturiatum damus Chriſtophorum Cellarium in Baſil. Fabri theſaur erudit. ſcholaſt. p. 1990. ac in curis poſteriorib. de barbariſm. & idiotiſm. ſermonis Latini ſecundum ſecul. diſtributis pag. 89. 122. (*b*) Sebaſtian. Münſter in ſein. Coſmograph. l. 2. p. m. 276.

oculos circumferente prænuntiata fuiſſe creditur a *P. Caſpare* (*a*) *Scotto.* (*b*) *Tritemius* etiam, *Matthiasque* (*c*) *Palmerius Piſanus* de crudeli omnes fere terras depopulante, ac dimidiam hominum partem ad mortem dante peſte, multa litteris conſignaverunt, & quamuis (*d*) *Hieron. Cardanus* eam vltra tres annos ſæuire vno in loco inficias eat, contrarium tamen experientia (*e*) *Iul. Scaligeri*, (*f*) *Euagrii*, (*g*) *Nicephorique* corroborat. At non cunctæ peſtilentiæ eodem ſe manifeſtant modo, adſeritque (*h*) *Valleriola* in peſte, quam anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio Gallia Narbonenſis experta eſt, homines, vti videbatur, ſanos, & loquentes, incedentesque ſtatim, tanquam fulmine ictos, diem obiiſſe ſupremum, ac ſimilia ferme de lue Veneta, atque Patauina ex *Hieronymo* (*i*) *Mercuriali*, (k) *Capiuaccio*, (l) *Foreſto*, (m) *Paræo*, (n) *Petro Salio Diuerſo*, & *Gerbardo* (o) *Columba* in medium producit (*p*) *Sennertus* omnibus ingenii, ac ſtu-

(*a*) Phyſic. curioſ. part. I. p. 761. (*b*) In Chronic. (*c*) In Chronic. (*d*) De ſubtil. l. 2. (*e*) Exercit. 32. (*f*) L. 4. c. 28. (*g*) L. 17. eccleſ. hiſt. c. 17. (*h*) Loc. comm. l. 3. c. 18. (*i*) De peſt c. 18. (*k*) Practic. l. 6. c 36. (*l*) L. 6. obſeruat. 10. (*m*) De peſt c. 10. (*n*) De febr. peſtilent. c. 45. 7. (*o*) De febrib. peſtilent. l. I. c. 27. 32. (*p*) De febrib. l. 4. c. 1.

Digitized by Google

ſtudiorum dotibus ſeculi ſui eminentisſimus, (*a*) *Euagrius* quoque miræ tusſi gravi ſtipatæ peſtilentiæ meminit, mortalesque ea multati, ac æſtu ingenti iactati lumina oculorum amiſerunt, & poſt tres dies exſtincti ſunt. Quum igitur peſtis tam atrox ſit, vt æquo pede pulſet Regum turres, ac pauperum tabernas, nulloque delectu Crœſos, ac Craſſos potentia & diuitiis inter ceteros excellentes, veſteſque purpura, ac auro diſtinctas, & gemmis adornatas habentes non minus, quam tres, ac Salacones paupertatem, vel potius egeſtatem, ac mendicitatem ſuam nunquam obſcure ferentes corripiat, noſque ipſi in illa, proh dolor! inciderimus tempora, quibus non ſolum variolæ, ac morbilli paſſim apud nos graſſantur, ſed vicinos etiam noſtros in Germania, Polonia, Vngaria, Flaccia, (*b*) ſiue Valachia, Tranſyluania, Seruia, Francia, aliiſque regnis peſtilentia adoritur, cogitque fideliſſimos parentes deſerere amantiſſimos liberos, Theſeum poſthabere Pirithoum, & Pyladem obliviſci Oreſtem: merito qnæritur, vtrum homini, præſertim Chriſtiano, liceat eam ſalua optimæ mentis conſcientia fugere, an non? Pace autem TVA. L. B.

B af-

(*a*) L. 2. c. 6. (*b*) Gerhard. Mercat. Atlant. p. 310.

Digitized by Google

nullos, licet (*a*) *Plinii* ſuaſu apud me honor ſit antiquitatis, ita venerabor, ut cum (*b*) *Ariſtotele* profitear, veterum, peritorumque, & prudentum hominum dictis, atque ſententiis, & iam ſine demonſtratione prolatis, non minus, quam demonſtrationibus ipſis eſſe adhærendum.

Priuſque cœlum ſidet inferius mari.
Tellure porrecta ſuper

verbis (*c*) *Horatii*, & (*d*)

Ante naſcetur ſeges in profundo,
Vel fretum dulci reſonabit vnda,
Ante deſcendet glacialis vrſæ
Sidus, & ponto vetito fruetur,

quam cum (*e*) *Tullio* tanti faciam *Platonem*, ut, quamvis nullam afferat rationem, eius tamen auctoritate me frangi dicam. Seruilem pariter deſpiciam animum (*f*) *Alex. Maſſariæ*, qui ſcribit, ſibi iam dudum conſtitutum eſſe, *Galenum* perpetuo imitari, ac ab illo ne latum quidem vnguem diſcedere, atque ſe malle cum eo errare, quam cum recentioribus vera ſentire. Tu modo propitios, & æquos mihi præbe oculos, eamque commoda benevolentiam, quam aliis ſcripta vulgantibus crebro ſignis, non dubiis de-

(*a*) L. 8. epiſt. 24. (*b*) L. 6. Ethic. (*c*) Epod. 5. (*d*) Senec. Herc. Oct. v. 1580. (*e*) 1. Tuſcul. quæſt. (*f*) L. 1. de Peſte.

claraviſti, & mihi quoque, niſi me humanitas tua fallit, ultro ſignificare videris. Tuo certe fauore, veluti vento, mea ſubuecta conſultatio, quem ſibi propoſuit, portum facilius conſequetur. Adeſto ergo animo, qui corpore ades, atque arrige mentem ad ea, quæ pro ingenii tenuitate breuiter perſtringere conabor. Minime autem præſentes ſtylo inexercitato, preſſo, demiſſoque ſcriptas lineas rigidorum Catonum, Zoilorumq;, rhinocerotis naſum habentium oculis ſubiicio, quia ex *Eraſmo* (a) *Roterodamo* ſcio, tales in libro, quantumuis bono, nihil venari, niſi quod reprehendant.

Σὺν Θεῷ, καὶ νῷ!

Dum defendendam affirmantem ſententiam diligentiſſime perpendo, me onus arduum, ac viribus meis maius ſubire videor, vereorque, ne mihi (b) *Propertius* obiiciat:

Turpe eſt, quod nequeas capiti committere pondus,
Et preſſum inflexo mox dare terga genu.
Omnia non pariter rerum ſunt omnibus ita
Fama nec ex æquo ducitur ulla iugo.

In-

(a) L. 8. apophthegm. (b) L. 3. eleg. 9.

Interim hæſitanti (*a*) *Ovidius* acclamat:

Audentes Deus ipſe iuvat,

Suſtineas (*b*) ut onus nitendum eſt vertice recto,

Præterea (*c*) leve fit, quod bene fertur onus.

Multi enim ſunt, qui mirabili contradicendi flagrantes cupiditate peſtem nequaquam eſſe fugiendam adſerunt, mihique cauſis de variis bellum impigre parant, nec paci ulterius ſeruiendum meque ita armis perſequendum putant, donec aut virtute rationum vicerint, aut victus manum dederim. Hic aperte ſtatuit: hominem metu dilabentem, &, qua ipſi via patet, ad fugam erumpentem, & circuitus, rupes, ſaltuſque petentem montium occultos, vel inſulæ (*d*) Formoſæ, quæ calido, ac humido cœlo tegitur, periculoſiſſimoque peſtis morbo afficitur, incolarum more in altiſſimos, & auios montes ſe recipientem, rebusque ſuis conſulere volentem prouidentiæ diffidere diuinæ, & maxima ægritudine ſine vlla ſalutis ſuæ, ac cœleſtis opis exſpectatione affligi. Ille Deum ait mortales,

(*a*) L. 10. Metamorph. v. 586. (*b*) L. 2. de pont. eleg. 7. (*c*) L. 1. amor. eleg. 2. (*d*) Georg. Pſanianaa Zæar, deſcript, de l' isle de Formoſa en Aſie c. 27.

ubi (*a*) *Homerus* olim Apollinem in bello Troiano ob filiam ſacerdotis ſtupratam Græcorum exercitum, huius luis pœna multare, nullumque fuga ſalutem conſequi, aut ſe clam a Numinis vbique præſentis manibus ſubducere poſſe, adeo, ut quivis cum Regio vate (*b*) Davide exclamare cogatur: Ioua me cognitum habes, quonam declinem tuum ſpiritum? vel quo tuam fugiam præſentiam? Siue cœlum ſcandam, ibi tu es: ſive in orco cubem, tu ades, ſumam auroræ alas, habitem in ultimo mari: etiam illuc tua me manus tenebit, tuaque dextera comprehendet. Quod ſi me certe tenebris occultandum cogitem, ipſa mihi nox lumen eſt, tenebræque tibi non contenebrant, ac nox ſplendet, ut dies nullo tenebrarum, lucisque diſcrimine. (*c*) *Ieremias* etiam neminem in tenebris ita latiturum ſcribit, vt eum Ioua non videat, *Chryſoſtomusque in D. Henr. Wilh. Plenckeri* (*d*) *colloq. medico-chymico de natura, & neceſſitate chymiæ rationalis* Thorheit iſt es/ inquit, ſich vor GOtt verſtecken wollen. *Alius dicit, vitæ necisque* dominum maximum habuiſſe conſilium, in quo ſententiam ſic ferre placuit, ut haud ullus ipſi imponere,

(*a*) I. Iliad. (*b*) Pſalm. 139. (*c*) c. 23. v. 24. (*d*) p. 120.

re, ſeque ac ſuos extrahere incolumes, fugamque intendere valeat. Turcarum igitur ritu, qui, vti enarrat *Proſper* (*a*) *Alpinus*, vnicuique ſuum pereundi modum Deum deſtinaſſe credunt, peſtem negligit, ac inter lue iſta affectos morari vlterius cupit Ad hæc auctoritate nititur (*b*) *Iobi* ſummum adſeuerantis Monarcham non, quomodo circumueniuntur homines, circumveniri, hicque animo ſuo (*c*) cogitationes quaslibet cognoſcit, & exploratum habet, quid (*d*) inſit in homine? reneſque ac (*e*) corda ſcrutatur. Quin imo tantam eſſe ſupremi rerum humanarum moderatoris vindictam pronuntiat, vt teſte experientia, ac ſcriptis (*f*) *Euagrii* abunde docentibus, iſti, qui metu luis perterriti profugerant, in eam ipſam inciderint, quam ſnmmo ſtudio vitauerant, ita, vt nulla ratione ſe ab illa tergis, quaſi fugientium inhærente eripere potuerint, iſtorumque internecione iuſtæ iræ lento quidem gradu, ceu *Val.* (*g*) *Maximus* demonſtrat, procedenti, at tarditatem ſupplicii gravitate compenſanti parentatum fuerit. Contra ea affirmat, remanentes, & animis tolerantia re-

 rum

(*a*) L. I. de Medicin. Aegypt. (*b*) c. 14. v. 9. (*c*) Marc. c. 2. v. 8. (*d*) Ioann. c. 2. v. 25. (*e*) Apocalypſ. Ioann. c. 2. v. 23. (*f*) L. 4. c. 28. (*g*) L. I. c. 2. de Dionyſio.

Digitized by Google

rum adverſarum ſeptis a DEo quiduis patienter exſpectantes, finemque peſtis omnibus, ac curatis votis expetentes, vel ſic clementer, vt nunquam illa inficerentur, protectos, vel, ſi correpti, a lue fuiſſe reſtitutos (*a*) Præterea quemlibet bene actæ vitæ, animique diuinæ voluntati non repugnantis conſcientia melius, ſi ita cœleſti patri viſum (*b*) *Ariſtotelis* φοβερώτατον mortem oppetere, & ex corporis vinculis, tanquam e carcere, euolare poſſe putat, quam ſe in fugam coniicere. Exempli gratia peſtem ſibi ex tribus pœnis, quas Dominus per prophetam (*c*) *Gad* propoſuerat, eligentem vnicum profert *Dauidem*, ne de eodem plura enumerando attentos fatiget auditores. Hoc etiam in caſu vera fide conſpicuis mortem non eſſe pertimeſcendam opinatur, quoniam (*d*) illis omnia ad bonum conducunt & conferunt, nullique damnationi ſunt obnoxii, & in Chriſto Jeſu non carnis, ſed ſpiritus arbitrio parent, ac per eum Syriace clamant: pater! Ipſi (*e*) certam in vivente Deo habent ſpem, qui, quum omnium, tum maxime fidentium mortata-

(*a*) Conf. Matth. c. 10. (*b*) L. 3. Eth. Nicom. c. 6. videaturque ſimul Dionyſii Lambini interpretatio. (*c*) L. 2. Reg. c. 24. (*d*) Ad Roman. c. 8. (*e*) Ad Timoth. c. 4. v. 10.

talium ſeruator celebratur, ipſiſque (*a*) viuere Chriſtus, & mori lucrum eſt. Talium animi diuini exiſtunt, talibuſque, quum e corpore exceſſerunt, reditus patet ad civitatem (*b*) quadratam, quam gloria Dei illuſtrat, & cujus lucerna eſt agnus, tumque propius accedunt (*c*) ad Sionem montem, & Hieroſolymam cœleſtem, angelorum legiones, conuentum, cœtumque primogenitorum in cœlo immobili, quod tertium (*d*) Scriptura vocat, & ab immenſa claritate ἐμπύρεον ignitum teſtibus (*e*) *Maurolyco*, ac (*f*) *Anton. Deuſingio* e Græcis *Baſilius* primum, e Latinis *Stabus*, atque *Beda* appellarunt, conſcriptorum, & iudicem cunctorum, ac ad ſpiritus iuſtorum perfectorum, ſicut *Paulus* fuſius docet. Viuentes adhuc ſciunt, ſeſe, ſi (*g*) terreſtris domus tabernaculum diſſolutum fuerit, ædificium habituros eſſe à Deo, domum nullis manibus factam, & ſempiternam in coœlis, cuius (*h*) lapides in margarita collocati, & in ſapphiris fundati ſunt, cuiusque feneſtræ cryſtallinæ, ac portæ ex carbun-

 cu-

(*a*) Ad Philipp. c. 1. v. 21. (*b*) Apocal. Ioann. c. 12. v. (*c*) Ad Hebr. c. 12. (*d*) 2. Corinth. c. 12. v. 2. (*e*) In dialog. 1. Coſmogr. (*f*) In natur. theatr. vniverſal. de affection. diſput. 4. quæſt. 3. p. 362. (*g*) 2. Epiſt. ad Cor. c. 5. v. 1. (*h*) Eſaiæ c. 54. v. 11. 12.

Digitized by Google

culis genuinis exiſtunt. Hæc domus patris cœleſtis eſt, vbi (*a*) multæ ſunt habitationes, & ubi ex ſententia (*b*) *Ariſtotelis* vere quicquid exiſtit, nec tempore conſeneſcit, nec alteratione vlla afficitur, ſed optimam, beatamque agit vitam. Et certe *quicquid* (*c*) *Auguſtini* verbis, *de illa dixerit homo, quaſi gutta de mari eſt, vel quaſi ſcintilla de foco*, nec ei ullo conferri poterit modo Neronis apud (*d*) *Plinium* aurea domus, quoniam *Ioannis* (*e*) *Nieſii verſibus*:

Iaſpis, & Chryſophragus,
Topaſius, & Beryllus
Et Sardonix, & Sardius,
Sapphirus, & Smaragdus,
Et quicquid Indus omnibus
Gangeſque voluit vndis,
Id omne totis fontibus,
Confluxit huc decoris.

Tandem fugam parantes illos agitari, & ſtimulari magis, magisque in dies conſcientia male ſuſcepti propoſiti retur, quod ſuos, alioſque longinqua cognatione, & arcta propinquitate ſtirpi ſuæ adnexos in miſeriis, & ærumnis dereliquerint, nec ipſis auxilia portare, aut ſolatia

(*a*) Ioann. c. 14. v. 2. (*b*) l. de cœl. t. 100. (*c*) L. de Tripl. habitac. c. 4. (*d*) N. H. l. 36. c. 15. (*e*) Ode de ætern. beator. gaud. v. 81. ſeqq.

Digitized by Google

tia dare valeant. Minime iſtos eſſe ferreos arbitratur,

Qucs (*a*) lapis, & montes, innataque rupibus altis,

Robora, quos ſævæ progenuere feræ,

vt fidiſſimarum, ſæpe (*b*) grauidarum uxorum, quibus (*c*) *Catulli* ioco dederunt

-------- baſia mille, deinde centum,
Dein mille altera, dein ſecunda centum,
Dein vſque altera mille, dein centum

quaſque canente (*d*) *Statio*

---- ---- ---- collato pectore mixtas
Iunxit inabrupta concordia longa catena,

calamitatibus non moueantur. Ipſorum quoque animos liberorum in omnium virtutum exempla genitorum, germanorum, affinium, & cognatorum mœrorem, ac lacrymas, a quibus ſeſe circumſeſſos antea viderunt, quoſque omnibus horis amauerunt, & oculis, auribus, complexuque tenuerunt, vehemcnter inclinare autumat. Crebro domum reuocare exiſtimat mentem Caſtoris Pollucem, Menelai Agamemnonem, Achillis Patroclum, & Niſi Euryalum, tumque (*e*) *Naſonis* verbis turpe eſſe

-- in

(*a*) Ouid. epiſt. 7. Heroid. (*b*) Sext. Pompei. Feſt. de verb. ſignif. l. 18. p. 502. (*c*) Epigramm. 5. (*d*) L. 4. ſylv. carm. 1. v. 43. (*e*) L. 2. de ponto

----- in miſeris veteri ſibi rebus amico
Auxilium nulla parte tuliſſe ſuum.
Turpe referre pedem, nec paſſu ſtare tenaci,
Turpe laborantem deſeruiſſe ratem,

Horum autem L. B. argumentorum prima facie probabilium, quæ homines faceti, ad perſuadendum concinni, perfecti, & e ſchola politi proferunt, nulli motus *Franciſci* (*a*) *Petrarchæ* effato: vbi falſis opinionibus aditum præbueris, operoſius excluduntur, prorſus aſſentior, nec adduci poſſum, ut ea veritati, qua ſecundum (*b*) *Scaligerum*, nihil eſt pretioſius, congruere credam. Et recte ſcribit (*c*) *Ariſtoteles*, veterum philoſophorum, vt (*d*) *Ammiani Marcellini*, (*e*) *Hieronymi*, *Pauli* (*f*) *Diaconi*, (*g*) *Vegetii*, *Gregorii* (*h*) *Turonenſis*, (*i*) *Sigeberti*, aliorumque a *Gerard. Ioann.* (*k*) *Voſſio* nominatorum recentioris Latinitatis ſcriptorum voce vtar, primicerius; neque ea, de quibus nemo dubitat, neque illa, quæ omnino falſa ſuut, quæque abſurda omnibus videntur, in diſputationem venire; ſed ea tantum, quæ probabilia

(*a*) L. 6. epiſt. (*b*) L. 2. de cauſs. ling. Latin. c. 63. (*c*) L. I. Topicor. c. 8. (*d*) L. 18, c. 6. p. 128. (*e*) Epiſt. 61. (*f*) L. 4. Longobard. (*g*) L. 11. c. XXII. (*h*) L. 2. hiſt. Franc. c. 37. (*i*) In Chronicis ann. CIƆ. LXXVII. (*k*) De vit. ſerm. & gloſſem. Lat. barb. l. 3. c. 38.

Digitized by Google

bilia exiſtunt, aut omnibus, aut pluribus aut ſapientibus, & his quidem vel omnibus, vel pluribus, vel præcipuis, maximeque celebribus, quorum ſcilicet perſpecta, & cognita eſt ſapientia. χαλεπὸν ſcio etiam ex (*a*) *Galeno* ἄνθρωπον ὄντα μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς τὰ μὲν κακῶς, κρίνοντα, τὰ δὲ ἀμελέστερον γράψοντα. & ex (*b*) *Coo* κρίσιν εἶναι χαλεπήν. Inſuper, quum non videam, cur, quid ipſe ſentiam, non illico audeam ſcribere? rectius alii fugiendam eſſe peſtem ſuadent. Etenim ingenti telorum hoſtilium vi, quæ in me effuſa eſt, minime obruor, aut offendor, potiusque ex adverſo ingeſta clypeo excepi, iamque gladios in me diſtrictos retundam, armis arma pulſabo, mucronemque a meo iugulo rejectum in ipſorum ora dirigam. Hæc non ſcripta, ſed nata lex eſt, hancque non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura arripuimus, hauſimus, expreſſimus, & ad eam non docti, at facti, non inſtituti, at imbuti ſumus, vt, ſi in inimicos incidamus, omnis honeſta exiſtat ratio furoris reprimendi. Profecto arbitratu *Renati* (*c*) *Des-Cartes* illi, qui mente forti, & generoſa præditi ſunt, animum non mutant ob adverſa, quæ ipſis

(*a*) L. 2. π. συνθ. φαρμ. κ. τόπ. (*b*) L. 1. Aphor. 1. (*c*) De paſſion. anim. part, 3, artic. 159.

ipſis accidunt. Et ſi quis commode, ut defendendæ ſententiæ fundamenta, haud mihi Suffenus exiſtens, & magis placens, quam Peleus in machæra, iaciam, locum lue omni diritate teterrima infectum mutare queat, idque negligat, is æque Deum tentat, ac ſi aliquis ſubiecto penatibus igni, & inde excitato incendio ſe, conjugem, liberos, & bona ſua eripere nolit, ac ſciens ſe flammæ inferre, quam in viuis ſervare, & res ſuas ſartas, tectas, integraſque habere malit. Eiusmodi homo indice (*a*) *Claudiano* exiſtit

-- -- prodigium cunctis immanius hydris
Tigride mobilius fœta, violentius auſtris,
Acrius Harpyiis, refluis incertius undis,

talemque eloquio (*b*) *Tibulli*

-- -- vaſti genuerunt æquora ponti,
Et flammam voluens ore Chimæra fero,
Ac canis anguinea redimitus terga caterva,
Cui tres ſunt linguæ, tergeminumque caput,
Scyllaque virgineam canibus ſuccincta figuram
Iſtum conceptum ſæva leæna tulit.

Hui! quid eo leuius, peius, & inquinatius? Nemo eſt, quin talem oculis fugiat, auri-

(*a*) L. I. in Rufin, v. 89. (*b*) L. 3. eleg. 4. v. 85.

auribus reſpuat, animo adſpernetur, recordatione denique ipſius perhorreſcat. Quis ejuſmodi mortalem aditu, quis vllo honore, quis communi luce, & ſalutatione dignum putet? Si forte quidam ipſum adſpiciant, oho! ingemiſcunt, & vlteriorem conſpectum deteſtantur, ſi forte ipſius mentionem faciant, execrantur, quid? quod cognati talem vitant, audire de eo nolunt, vicini metuunt, & ex natura, numeroque hominum eiiciendum, ac ex finibus humanis exterminandum cenſent, adfineſque rubore ſuffunduntur. Næ ipſe locus expiandus eſt, quocunque eiusmodi iter fecerit, & mater omnium terra veſtigiis tanto ſcelere adſtricti violatur. Diuinum etiam tentaturus Numen, omnibus ſenſibus orbus, ac μωρότερος Μελιτίδε inter eos, qui ipſi inſaniunt, inſaniſſimus, & Cacodæmonis præceptis imbutus, ac ad eius conſuetudinem, moresque deductus eſſet, vtpote, qui olim, memorante (*a*) *Matthæo*, dulciſſimum Ieſum quadraginta dies, & totidem noctes ieiunantem, tandemque eſurientem adgredi non erubuit, ſi Dei filius es, inquiens, iube, ut hi lapides fiant panes. Quum vero reſpondiſſet ille ſcriptum (*b*) eſt;

(*a*) c. 4. (*b*) Deuteronomiorum. c. 8. v. 4. Sapient. Salom. c. 16. v. 26.

eſt; non ſolo pane viuit homo, ſed omni verbo per os Dei prodeunte, adduxit eum Diabolus in ſanctam vrbem, & in templi pinnis conſtitutum ſic compellauit; ſi DEi filius es, iace te deorſum! Scriptum enim (*a*) eſt; angelis ſuis de te mandabit, vt te manibus tollant, ne pedem ad lapides offendas. Dato rurſus reſponſo, extat, (*b*) ne tentato Dominum Deum tuum, denuo ipſum Diabolus adduxit in præalrum montem, & oſtenſis omnibus mundi regnis, ac ipſorum gloria dixit; hæc cuncta tibi dabo, ſi procubueris, & me adoraveris, ſed iam demum è Ieſu conſpectu abire iuſſus fuit Occaſione verboſius expoſitæ, & denarratæ tentationis quæſtionem, an Cacodæmon cor pus humanum per aërem transferre & evehere valeat ex vno loco in alium? ὡς ἐν παρόδῳ attingimus, aperteque adſerimus, id eum non poſſe. Nam quia machina hominis fluidum aëris, vel bis centum, ac vltra vicibus præponderat, aut illius grauitatem tollere, aut hunc grauiorem efficere deberet, quod eſſet miraculum. Etſi quoque *Ioannes* (*c*) *Wierus* cum aliquibus Theologis contrarium ſtatuit: eum

t

(*a*) Pſalm. 91. v. 11. (*b*) Deuterom. c. 6. v. 6. (*c*) L. 2. de præſtig. c. 12. p. 6.

Digitized by Google

tamen perpulchre *Io.* (*a*) *Bodinus*, reliquoſque doctiſſime (*b*) *Walæus* refutauerunt, notavitque vltimus Clariſſimus Vir vocabulum παραλαμβάνειν ordinario non ſignificare in novo Teſtamento geſtare, circumferre, ſed aſſumere, abducere, comitem ſibi adiungere quendam, quin imo Illuſtris Halenſium Profeſſor *Frider.* (*c*) *Hoffmannus* cum *D. Godofr. Bücſing* ex *Origene affirmat*, Dominum ſecutum quaſi athletam ad tentationem ſponte proficiſcentem, ac quodammodo loquentem: tu inuenies me in omnibus fortiorem. Certe manifeſtum periculum cernens, & diſcrimen ſubiens rem audet primo incredibilem, & inauditam, multoque magis ad famam temeritatis, quam gloriæ inſignem, ac poſtea nimia audacia monito (*d*) *Syrachi*, exemploque Quinti ævo Polycarpi viuentis, & ab (*e*) *Euſebio* allegati perniciei eſſe ſolet, (*f*) *Phocylide*que canente:

Θυμὸς ὑπερχόμενος μανίην ὀλοόφρονα τεύχει, & tum illi, quibus videbatur in deliciis exiſtere, vix riſum continent, & beneficia iacent, amoreſque frigent. Idcirco non inepte

 in-

(*a*) In confutat. opinion. Io. Wieri adiect. l. 4. de magor. dæmonoman. (*b*) Comment. ad nov. Teſtam. loc. noſtr. (*c*) Diſput. inaug. med. philoſ. de potent. Diabol. in corpor. Hal. 1703. (*d*) c. 3. (*e*) L. 4. c. 15. (*f*) In carm. admonit. v. 59.

interrogat *Velleius* (*a*) *Paterculus*: quis in adverſis beneficiorum ſervat memoriam? aut quis vllam calamitoſis deberi putat gratiam? aut quando fortuna non mutat fidem? Aliæ viperæ venenatæ odium nefariis inclusum ſenſibus patefaciunt, & in talem ad peſtem ante oculos poſitam proficiſcentem, & extremo iam obnoxium diſcrimini, inque ejus imaginem ac ſimulacrum profundunt. Vah! quam exultant in eiusmodi audacis ruina, & ſpiritus aculeorum plenos non remittentes linguis ipſum conſectantur petulantiſſimis. Sanæ quoque mentis mortalibus ſe ipſos minime (*b*) ſapientes putantibus, malum declinantibus, gloriamque ex periculo, cuius imago oculis modo oberrat, accerſere detrectantibus, graviſſimæ, & difficillimæ videntur tales diſcriminum, ac calamitatum ſocietates, nec eſt facile intentu, qui ad eas deſcendat. Ex *Eobano* (*c*) *Heſſo* enim non ſunt neſcii:

Qui nimis eſt audax ſæpe infeliciter audet,

Et (*c*) *Seneca* oſtendente:

--- --- --- nemo ſe tuto diu
Periculis offerre crebris poteſt;

Quem

(*a*) Hiſt. l. 2. c. 53. §. 2. (*b*) Prov. Salom. c. 3. v. 7. (*c*) In Idyll. (*d*) In Hercul. furent. v. 326.

Quem ſæpe tranſit caſus, aliquando invenit,

quod perſpicue, ac eleganter noſtrates proverbii inſtar dicunt, es gehet der Krug ſo lang zu Waſſer / bis ihm einmahl der Spenckel abfället. Accedit, quod cognitum, perſpectumque habeant, cœli celſiſſimum Principem, qui omnem hunc mundum regit, cauſsis vti ſecundis, & ſubſidiis licitis, quæ nequaquam animadvertenda, & exiſtimanda ſunt caduca, ac incerta, poſita non tam in divino conſilio, quam in fortunæ lubidine. Interim quis homo ait (*a*) *Salomo* philoſophicus in actis (*b*) philoſophicis ſocietatis Regiæ Anglicanæ audiens monarcha, cognoſcat Dei conſilium? aut quis perſpiciat, quid Iova velit? Sunt certe mortalium cogitationes miſeræ, periculoſaque noſtra commenta, quippe quum mortale corpus animum grauet, obruatque mentem terreſtre vas, adeo, vt vix multa cum cura contemplemur terreſtria, & quæ ſunt in manihus ægre inveniamus: tantum abeſt, vt cœleſtia quiſquam perveſtigare poſſit, aut conſilium Domini cognoſcere, niſi ipſe ſapientiam dederit. Sed vt clarius hoc L. B. percipias, *Parenæum*

(*a*) Sapient. c. 9. v. 13. 14. 15. 16. 17. (*b*) Menſ. Novembr. 1669. p. 890.

in cathecheſi (*a*) Heidelbergenſe, & *Martinum* (*b*) *Möllerum*, nec non alios vberiora tradentes tibi commendo, quorum ſingula verba in tranſcurſu tam artati opuſculi apponere, & exprimere non audeo. Revera inter illa adminicula, & alleuamenta non poſtremum ſibi vendicat locum fuga, vt ex doctrina experientiſſimorum medicorum, & acutiſſimorum philoſophorum alibi aër purior, ac cœli temperies ſalubrior quæratur. Et vtinam tum ſalubritas aërisIenenſis quærentibus vbique contingeret! De hac enim D. Io. Henric. Schüttens in ΟΡΥΚΤΟΓΡΑΦΙΑ. (*c*) Ienenſe ex *Io. Guilielmi*, & *Io. Iacobi Baierorum*, fratrum germanorum, ac Clariſſimorum in academia Altdorfiana Profeſſorum ore teſtatur, peſtem Apolledæ & circa totam Ienam ſæuiiſſe, ſed ad vrbem non perueniſſe, &, quod maximum eſt, Illuſtri *Georgio Wolfgang Wedelio* referente ex locis peſte infectis quendam aduenientem, ac morbo eodem laborantem ægrum clam per aliquot dies in urbe Iena commoratum fuiſſe nullo id ſentiente, ſuſpicante, aut peſte corrupto. Forte infimas ſimul Ienenſium preces ſub

(*a*) Quæſt. 27. de provid. Dei in fin. Sophiſt. 5. de vtilit. medior. (*b*) De præparat. ad mort. (*c*) Suſati typ. Hermannianis ann. 1720. edit. c. 2. p. 16.

Digitized by Google

ſub id tempus Deus admiſit haud ſecus, ac Galli, olim Epiſcopi Avernenſis, de quo, quum lues peſtifera non ſolum vniuerſam Galliam, ſed plures etiam ditiones occupaſſet, cum magna admiratione apud *Gregorium* (*a*) *Turonenſem*, legimus, quod ardente precatione ciuitatem ſvam, ciueſque à terribili malo immunes reddiderit. Communis autem ad reſpirandum neceſſarius aër vitioſus, & vapor infectus egreditur ex (*b*) ſepulchretis, antris ſubterraneis, arculis clauſis &c. quibus apertis, & putridum veneficæ, & attonitæ mentis mulieris Eriphiæ, in cuius mentionem (*c*) *Eraſmus* incidit, halitu nocentiorem efflantibus primum pauci, mox plures, tandem plurimi eodem morbo affliguntur, quod ſub Marco Antonio *Galeni* tempore accidiſſe in Seleucia apud *Iulium* (*d*) *Capitolium*, & (*e*) *Fulgoſium* inuenimus, ubi, quum in templo Apollinis aurea arcula a militibus Vidii Caſſii auidioribus in prædam fuiſſet aperta, ſpiritus peſtilens egreſſus non modo Babyloniam totam, ſed & Parthos ac orbem vniuerſam ita affecit, vt tertiam humani generis partem iugulauerit. *Auguſtus*

(*a*) L. 4. c. 5. (*b*) P. Caſp. Scotr. phyſ.urioſ. part. 2. l. 12. p. 1567. (*c*) Adag. chil. 2. cent. 8. (*d*) In Ver. Imperat. c. 8. (*e*) l. 2. c. 6.

Quirinus (*a*) *Rivinus* etiam ex (*b*) *Paræo* memoriæ prodidit, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo in Gallia ob multitudinem hominum infectorum, & in puteum centum vlnas altum proiectorum poſt duos menſes putridum, & cadaueroſum aërem ſuſcitatum fuiſſe, vt multa inde millia mortalium paſſim per totam Agenenſium prouinciam tanquam peſte interierint, veneni illius perniciali lue per viginti undique in ambitu milliaria diffuſa. Ipſa non minus inſecta ſale acerrimo fœta, ſi moriuntur, ac putreſcunt, effluuiis putridis pernicialem, & malignam vim poſſidentibus aërem replent, ſacræque litteræ huiusmodi commemorant contagii exemplum propter multitudinem (*c*) ranarum, quæ Aegypto inſignem exhibebant moleſtiam, in aqua Nili coaceruatarum, ex quarum putredine magna enata eſt infectio. Stylo quoque (*d*) *Albert. Henric. Græz* ex *Paulo Iovio* ſignat, prægrandem cetum ad littus maris reiectum & putrefactum fuiſſe, omnemque Liguriam inde

(*a*) Programm. medic. Lipſ. die 30. Jun. ann. 1698. litt. Chriſtoph. Fleiſcheri edit. (*b*) Oper. l: 10. c. 13 (*c*) Exod. c. 8. v. 13. 14. (*d*) Diſſertat. ſolenn. medic. de tempor. anno inſalubr. Halæ menſ. Septembr. ann. 1705. habit. §. 13.

Digitized by Google

de contagium ſuſtinuiſſe. Similem fere reperimus hiſtoriam in (*a*) *Plutarcho* de balæna ad ripam provinciæ Bunidis proiecta, a cuius putredine pariter peſtis cœpit, exoriri pertinaciſſima. Interim ſecundum diſtichon vulgare (*b*) veterum

Hæc tria tabificam pellunt aduerbia peſtem
Mox, longe, tarde cede, recede, redi,

quod D. *Wolffgang.* (*c*) *Meyer* Lipſiæ ita Germanice reddidit:

Damit dich nicht die Peſt ergreiff'/ und werffe nieder.
So mach' dich bald hinweg/ fleuch weit/ und komm' ſpät wieder.

Lui ſane iſti peſtiferæ ne peritiſſimi quidem inter duces artium belli, haudquaquam rudes tractandi militares animos, ac virtute bellica ſpectatiſſimi, vti ſtolida audacia ferociſſimi, & manu ſtrenuiſſimi Ioannis (*d*) Ziſchæ edocemur exemdlo, opponi queunt cum optimis propugnaculis amne licet cinctis torrenti, qui alioquin præruptis vtrinque rupibus inimicis aditum impediret. Nec illi ciuitas

 ob-

(*a*) L. de induſtr. animal. (*b*) Io. Rhenan. antidot. peſtilent. p. 296. (*c*) Vid. Caroli de Gogler. erneuerte Haus- und Feld-Apotheck p. 276. (*d*) Aeneas Sylu. 46. hiſtor. Bohem. & Dubravius. l. 26.

ſtare poteſt naturali ſitu munita, ac valida, gaudenſque turribus grandi opere editis, anguſtaque muri corona, cuius faſtigium minime pinnæ diſtinguunt, ſed perpetua lorica obducta tranſitum ſepiunt, quemadmodum eheu olim! firmiſſima, opulentiſſima, pulcherrima, & florentiſſima Hieroſolyma, ſcribente (*a*) *Ioſepho* atteſtatur. Vulgo omnibus audendis paratiſſimi milites, quibus non labos inſolitus, non locus vllus aſper, aut arduus, non armatus hoſtis formidoloſus eſt, quique Martis diſcrimen impavide ſubeuntes plurimis cruenti vulneribus referunt ex prælio pedes egregiis in cœlum extolluntur laudibus, multumque armis, & robore corporis ſuper ceteros fuſos, fugatosque, & copiis exſutos eminentes celebrantur. Sic relatum legimus virilis animi fœminam Spartanam nihil muliebre, præter corpus, gerentem certum in bello inimicis infeſtiſſimum, qui canente (*b*) *Silio* fuerat

--- --- in pugnamque, & Martem, & prælia & hoſtem

Igneus & magno audendi flagrarat amore, variis adverſo corpore vulneribus acceptis, clarum at ob brachium, pedemque patriæ impenſum hominum conſpe-

ctum

(*a*) L. 4. de bell. iud. c. 4. 27. 28. (*b*) L. 6. v. 208.

ctum fugientem, & ianua ſe, ac parietibus tegentem eſſe allocutam: ades animo, & omitte, ſi quem habes pudorem, *dum* (*a*) *multo præſtat ob virtutem lætari, quam ob riſum pudore adfici.* Interea peſte extincti fama in obſcuro eſt, nec iiſdem, quibus ſolis curſus, regionibus, ac terminis continetur. Naturaliter etiam cuilibet animato, quamvis (*b*) *Seneca* bellam exiſtere rem dicat ſua morte mori, inſitum eſt, vt habeat rationem valetudiuis, tantumque cibi, ac potionis adhibeat, ut reficiantur vires, & conſeruetur vita, non opprimatur. (*c*) *Paulus* in epiſtola ad Epheſios nullum, inquit, ſuæ vnquam carnis cepit odium, ſed eam fouet, ac curat. Quis eſt, interrogante *Læuino* (*d*) *Lemnio*, qui non obſervat, quanta cura, quantoque ſtudio homines ductu rationis, brutæque pecudes inſtinctu naturæ ſe ab interitu vindicare, tuerique ſtudeant, atque enitantur? Omnes illum exhorreſcunt, nemo non, tametſi quaſi ſaxam Tantalo, exiſtimante (*e*) *Tullio*, ſemper impendet, ab illo ſe ſubducere tentat. Etenim effato (*f*) *Auguſtini* omne, quod

 eſt,

(*a*) Melch. Iun. tom. 1. orat. I. de trib. princ. pœn. p. 226. (*b*) Epiſt. 69. extr. (*c*) c. 5. (*d*) L. 2. de occult. nat. mirac. c. 16. (*e*) L. 1. de finib. c. 18. (*f*) Atteſtante in margar. philoſ. l. 10. tract. 1. p. m. 842. Orontio Fineo Delphinate.

eſt, deſiderat τὸ εἶναι ſuum conſervare, & quoduis a morte, ac pernicie abhorret, ideoque galli, quum ſe copia ſanguinis immoderati aggravari ſentiunt, auctore *Ulyſſe* (*a*) *Aldrouando*, vnguibus criſtas tam diu ſcalpunt, donec illato vulnere ſanguinis fluxum proliciant, atque ita ab imminentibus malis ſibi ipſis medici liberent, iidemque teſtificante (*b*) *Plin.* herbam, quæ helexine vocatur, optime noſcunt, ac illa ſeſe, dum indigent, remedio, purgant. Præterea *D. Mich.* (*c*) *Geblerus* ad Wencesl. Stephanum Archidec. Cuttenberg. exarat, *formicas diætam ſtudioſe obſervare, & a cadaveribus humanis tanquam mali ſucci abſtinere, ac calidiuſculam cerebri intemperiem ex tot vigliiis, & lucubrationibus contractam papaueris ſeminibus corrigere*, videmuſque veniente morbo perdices & merulas, quas naturalis leuitas ad ſidera agit, laurorum (*d*) foliis veſci, aprum (*e*) cancros quærere, hippopotamum (*f*) venam tundere, (*g*) canemque lingendo ſæuiſſima ſanare vulnera. Vt taceam (*h*) ceruum, & (*i*) elephantum glande vulneratos edere dictamnum,

(*a*) In encom. gall. galliinac. (*b*) N. H. l. 8. c. 27. (*c*) Epiſt. 1. de formic. (*d*) Plin. H. N. l. 8. c. 27. (*e*) l. c. (*f*) C. Malapert. miſcell. l. querim. in morb. v. 39. (*g*) Idem l. 8. v. 33. (*h*) Plin. l. 8. c. 27. (*i*) Wolfgang. Franzius hiſt. animal. ſacr. c. 4. p 41.

Digitized by Google

mnum, ac lacrymas aloes, (*a*) muſtelam ſeligere rutam, (*b*) bufones ab araneis ictos plantagine admorſa ſibi mederi, vulpeculamque (*c*) e pinu fluentem reſinam lambere, & ob amaras forte adſumtas (*d*) amygdalas aquam hianti ore captare, atque haurire, ne, quum iudicio *M. Wolfgang.* (*e*) *Heideri* illarum ſiccitas omnem humorem exhauriat, & depaſcat, ſtatim emoriatur. Quin (*f*) pardus, quando manducavit venenum, veſtigat poſtea ſtercus, honos ſit auribus! humanum, quo deuorato manet ab omni noxa tutus & incolumis diſſerente *Wolfgang. Franzio*, vrſique, (*g*) quum mandragoræ mala guſtauerunt, ne intereant, formicas comedunt. (*h*) Teſtudo ſerpente depaſto infirmata eius venenum origani eſu aufert, ac contra eum dimicatura hoc ſe munit, (*i*) hirundineſque vexatis pullorum oculis chelidonia viſui ſaluberrima ſuccurrunt.

Et leo, quem cœci vis lancinat effera morbi
Sentit opem, ſi ſimiam edat, citam an-

(*a*) Plin. l. 8. c. 27. (*b*) Eraſm. in dialog. de amicit. (*c*) M. Wolfg. Heider. de vulpecul. ſchol. 2. orat. (*d*) Plut. l. 1. ſymp quæſt. 6. (*e*) Oration. 2. de vulpec. ſchol. §. 10. (*f*) In hiſtor. animal. ſacr. c. 8. p. 92. (*g*) Io. Baptiſt. Porta l. 1. Mag. Natural. c. 8. p. 29. (*h*) l. c. (*i*) Ibidem.

annotantibus (*a*) *Iunio* ac (*b*) *Io. Baptiſt. Porta.* Inſuper *Boëthius* in ſuo elegantiſſimo (*c*) libro *de philoſophiæ conſolatione herbas*, *atque* proceras, & in eximiam altitudinem editas *arbores* idcirco *ſibi conuenientibus innaſci locis recenſet*, *vt quantum earum natura queat*, *cito exareſcere*, *atque interire non poſſint.* *Hinc alias campis*, *alias montibus oriri*, *alias ſaxis hærere*, *aliarum fœcundas eſſe ſteriles arenas*, *& eas*, *ſi in alia quiſpiam loca transferre conetur*, *areſcere. Omnes veluti in terras demerſo ore trahere alimenta radicibus*, *ac per medullas robur*, *corticemque diffundere. Quid? quod molliſſimum quodque*, *ſicuti medulla eſt*, *interiore ſemper ſede recondi*, *extra vero quadam ligni firmitate tegi*, *vltimumque corticem aduerſum cœli intemperiem*, *quaſi mali patientem defenſorem opponi. Tantam etiam eſſe naturæ diligentiam*, *vt cuncta ſemine multiplicato propagentur*, *eaque omnia non modo ad tempus manendi*, *verum generatim quoque*, *quaſi in perpetuum permanendi veluti quaſdam eſſe machinas.* Pergit porro ad vulgo dicta, & credita *inanimata*, ac in veritate demonſtrat, nihil eſſe tam incredibile, quod non di-

(*a*) Emblem. 22. (*b*) Io. Baptiſt. Porta in Mag. Natur. l. 1. c. 8. p. 27. (*c*) L. 3. prol. 11.

dicendo, & ſcribendo fiat probabile, nihil tam horridum, & incultum, quod non ſplendeſcat oratione, ac tanquam excolatur. Itaque, ſi hoc apparet in beſtiis, volucribus, natantibus, agreſtibus, cicuribus, feriſque mortem, vt extimeſcant: quis hominum ſe ipſum defendere, & viuendi via conſiderata vti nollet? Omnis binis artis medicæ columnis rationi, & experientiæ refragantem fouens hypotheſin, non dari vllum contagium, aut morbum interueniente contagio contractum, & plures in peſtem implicitos haud concurrente contagio, ſed cum aliis morbis communi adfici vehiculo, atque negligentia ſua committens, ut peſtilentiæ contagium in ſe ipſum, ac alios vulgetur, & inde corporis compage plane relaxata, ac ſoluta de vitæ præſidio, & ſtatione forte longiore decedens brutis, ac coruis, vulturibuſque in famoſiſſimis apud veteres peſtibus (*a*) Athenienſi, & (*b*) Romana defunctorum cadauera, adeoque contagium mortuorum corporum peſtiferum perhorreſcentibus peior, ac αὐτοχειρίας, (*c*) homicidiique reus eſt. Ah incuriam cum auditu crudelem, tum viſu nefariam! ah ſcelus magnum, & in cun-

(*a*) Thucydid. l. 2. hiſt. p. 127. (*b*) Liv. hiſt. decad. 5. l. 1. p. 23. (*c*) 1 Ioann. c. 3. v. 11. 15.

cunctas terras exportandum! Non ſunt flocci faciendæ minaciæ (*a*) *Origenis*: qui ſe ipſos interficiunt, nunquam requiem habebunt, nec inuenient refrigerium, ſed animæ eorum mox vt de corpore exierint, in tenebras deducentur, (*b*) *Auguſtinuſque* profitetur reos ſuæ mortis meliorem vitam poſt mortem non ſuſcipere. (*c*) *Zonaras* etiam præ ſe fert, quod lex iubeat inſepultos eos abiicere, qui ſibi mortem conſciuerunt. Ipſe Deus præcepit, homines, quos lepra, vel (*d*) *Horatii* vocabulo mala ſcabies occupaverat, ac *Cæl.* (*e*) *Sedulii* verſibus

--e --- --- corpore fœdo
Diſcolor obſcœnis turparat pœna figuris,

a mundis ſeparare, vt hinc intelligeretur, contagionem eſſe fugiendam. Verba legis diuinæ (*f*) Leuitici latæ, ac rogatæ haud grauamur αὐθεντικῶς præſenti materiæ inſerere, & ita ſe habent: leproſus, & eo morbo adfectus veſtimentis diſſolutis eſto, capite tonſo, ore velato, & pollutum etiam, atque etiam clamato. Quamdiu in eo morbo erit, pollutus eſto, ſolitarius habitato extra caſtra ſedem incolens! Sed hæc videri poſſunt obſcurio-

ra,

(*a*) L. 2. in Iob. (*b*) L. 1. de civit. Dei c, 26. (*c*) Tom. 3. annal. (*d*) L. de art. poëtic. v. 454. (*e*) Carm. paſchal, l. 4. v. 192. (*f*) C. 13. v. 45.

Digitized by Google

a, quum ſine appoſitione exemplorum entius diſputantur: vita, atque factis illuſtranda ſunt ſacrorum virorum hæc, quæ verbis ſubtilius, quam ſatis eſt, diſputari videntur. Et optime *Renatus* (*a*) *Des-Cartes* præter cetera, inquit, memoriæ noſtræ pro ſumma regula eſt infigendum ea, quæ nobis a Deo, utpote qui, ᾽δὲν (*b*) *Damaſceni* verbis, τῶν ὄντων ἐςιν, ὐχ ὡς μὴ ὤν, ἀλλ᾽ ὡς ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα, καὶ ὑπὲρ αὐτὸ δὲ τὸ ἶναι ὤν, reuelata ſunt, vt omnium certiſſima eſſe credenda, & ſoli auctoritati diuinæ potius, quam proprio noſtro iudicio fidem eſſe adhibendam. Quapropter, ne nimium multa complectar, atque ab eo, quod propoſitum eſt, longius aberret conſultatio, ſpecta L. B. (*c*) *Noachum*, cordatum, diuina virtute, ac ſpiritu exaggeratum: intuere (*d*) *Abrahamum* ſenſu cœleſti animatum, crebriſque interioris tentationis experimentis confirmatum: contemplare (*e*) *Lothum* non pietate ſolum, ſed etiam ætate venerabilem; recole (*f*) *Iſaacum*, (*g*) *Iacobum*, (*h*) *Eliam*, (*i*) *Davidem*, (*k*) *Tobiam*, (*l*) *Mathathiam*,

[*a*]

(*a*) Princip. philoſoph. part. 1. §. 76. p. 23. (*b*) L. 1. Orth. fid. c. 4. fol. 12. (*c*) Geneſ. c. 7. (*d*) Gen. c. 12. v. 12. 13. (*e*) Gen, c. 19. (*f*) Gen. c. 26. v. 7. (*g*) Gen. c. 46 (*h*) 1 Reg. c. 17. 19. (*i*) 1 Sam. c. 19. v. 10. 18. c. 20. v. 1. 38. 2 Sam. c. 15. v. 14. (*k*) c. 1, v. 22. 23. (*l*) 1 Maccab. c. 2. v. 27. 28.

(*a*) *Petrum*, (*b*) *Saulum* (*c*) aliosque viros virtuti ſimillimos, & ingeniis per omnia Deo, quam hominibus propiores, qui nunquam recte fecerunt, vt facere viderentur, ſed quia aliter facere non poterant: (*d*) *Ieſum* denique *Chriſtum* conſidera, ipſius inferni domitorem, & victorem: ecquem inuenis, qui non periculum inundationis, mortis, incendii, famis, ſitisque, quoties pie potuit, fuga declinaverit? Vt errabunda agmina optimo Salvatori noſtro olim addictorum, & in fugam effuſorum tacita quodammodo relinquam, ac mentionem tantum de (*e*) *Mantuani* moueam verſibus:

Nam quum Cæſarei gens ſanguinolenta tyranni
Prædarentur oues Chriſti, nullaſque liceret
Chriſtigenis habitare vrbes impune, ferarum
Conſortes facti, fines tenuere ſupremos
Orbis & ardentes caueri feruentis arenas.

Quis autem cor, & ſalem habens homo ſe ob-

(*a*) Act. Apoſtol. c.12. v. 17. (*b*) Ibidem. c.9. v. 24. 25. 2 Corinth, c.11. v.32. (*c*) Act. Apoſt. c.14. v. 5. 6. (*d*) Matth.c.2. v. 13 ſeqq. c.12. v.14.15. c.14. v.13. Luc. c.4.v.29.30. (*e*) L.1. Faſtorum.

Digitized by Google

obrui, tanquam fluctu, ſic diſcriminis magnitudine ſinat, & ſe, ſuoſque omnes funditus vertat, quin ſciens, prudenſque eo demittat, vnde exitum videat eſſe nullum? Quis ſæuientes hoſtes, quis vagientem, aut rugientem leonem non deuitet? Quis ille, qui natatione ſibi a præſente ſubmerſione, ſi poſſit, non præcaveat? An etiam frigora, quia Dei ſupplicia, nemo veſtibus, focis, & fornacibus arcere debet, vel nulli vulnerato, ægroque medici opem implorare licet? Vitam ſane longiſſimam Ioua nobis in ſalutis, & felicis rerum ſucceſſus largitionem pollicitus eſt, ideoque *Iac.* (*a*) *Primeroſio* auctore decebit eam omni arte ab imminente periculo vindicare, officiumque morbo laborantis, medicina adhibita, quum valetudine vtimur proſperrima, præſumere. Interim, ſi rite vſurpatis humanis ſubſidiis quibuſlibet, cœleſti tamen patri placuerit, nos peſte, vel alius morbi contagio multare, euge fiat voluntas Domini! huicque vnice adſentiamus, obtemperemus, obſecundemus. Veræ enim felicitatis mater eſt obedientia, & pronuciante (*b*) *Sophocle* in Antigone apud *Stobæum* ἀναρχίας μεῖζον οὐκ ἐςιν κακόν. Nihilo minus optimæ mentis præclara ſu-

(*a*) De vulg. error. in medicin. l. 2. c. 8. (*b*) Serm. 41

ſtentamur conſcientia, quum cogitamus, nos ordinaria Dei adiumenta non negle-xiſſe, &, quantum potuimus, noſmet ipſos ſalvos conſervaſſe, incolumitatique no-ſtræ, noſtrorumque, qui ex nobis pen-dent, conſuluiſſe. Ex hoc fundamento Cameræ Imperiali, quæ anni milleſimi ſeptingenteſimi decimi tertii die, ſi bene memini, decimo octauo menſis Auguſti Ratisbona abeundi, Auguſtamque Vin-delicorum petendi conſilium cepit, aliis-que collegiis permiſſum eſt, ſe fuga in pu-riorem locum conferre, vſque dum pe-ſtis, vel contagio deſiuerit. Mentione Ratisbonæ hic facta ſcribenti manum in-iiciunt ipſius moderatores, & quamlibet feſtinantem morari cogunt in numiſma-te ibidem cuſo, quod memoriam peſtis per Dei gratiam ſublatæ repræſentat, & in cuius altero latere ipſa ciuitas extat cum epigraphe chronographica: aDIU-tore aLtIſsIMo a peſte LIberata, ſeCV-ra! in altero arca adumbratur *Noachi* an-te altare procumbentis, & ſupremo Nu-mini pro incolumitate & ſalutis ſuæ tuta, atque integra conſeruatione gratias agentis cum inſcriptione;

Æterno RATIS hæc BONA fert
poſt funera grates!

Inferius leguntur verba Geneſ. cap. 8.

(a)

(a) *Noachus* autem poſuit Domino aram, ſumſitque omnis generis munda animalia, puraſque aues, & hoſtias totas in ignem coniectas immolavit. Academiarum etiam Profeſſores ſeſe ingruente lue in fugam dare poſſunt, nec morale attendendum eſt dubium, annon ipſos oporteat cœtu ſtudioſorum remanente intra ſuam, verbis (b) *Martialis*, ſe pelliculam continere, & eruditum puluerem attingere cupientes vlterius docere? Nam raro eiuſmodi eueniet caſus, dum iuuenes ægerrime animam ad corpus quidem humanum, vti ex pneumatica elucet, determinatum, at ab eo ſeparabilem, immortalem, intelligentem, voluntate, & potentia agendi præditum, ac ad æternam beatitudinem a Deo creatum ſpiritum amittunt, ac fungi mortali ſtatione longiſſima deſiderant, ideoque ſtatim terga vertere ſolent. Sed fac, & finge, tales cum muſis ſe delectantes inueniri. Profeſſoribus tamen, ut mea fert opinio, qua Profeſſoribus haud incumbit, in tanto periculo ob aliquos ſponte ſua in lubrico verſantes, ac in diſcrimen deuenientes officii cauſſa manere, atque repudiatis a Deo conceſſis fugæ præſidiis ſuam, ſuorumque vitam in aleam dare, lupum

 auri-

(a) v. 20. (b) L. 3. epigr. 16.

auribus tenere, & inter ſcyllam, ac charybdim nauigare, niſi mandata publica id exigant. Etenim fama (*a*) notiſſimi (*b*) *Livii* vltimum, ac maximum telum neceſſitas non ita premit, vt tempore peſtis ſeſe in gratiam paucorum ad munus, penſumque ſuum abſolute revocare, & ſine intermiſſione munia implere cogantur. Similiter in civitatibus, ac pagis, quando lues ubique graſſatur, ſcolaſtici ceſſant labores, quia per concurrentes diſcipulos malum longius diſſeminatur, Afflatuque nocent, & agunt contagia late. vt (*c*) *Ouidius* canit.

Attamen non cuivis, ut dicam, quod ſentio, & dicam brevius, quam res tanta dici poſſit, in peſtilentia ex vrbibus cedere, & fugam capeſſere licet. Manendum ergo eſt verbi diuini miniſtris, utpote qui ad veram pœnitentiam, & conuerſionem in auditoribus ſuis procurandam tum omnes curas, labores, conſilia, totumque muneris conatum conuertere debent, ut videlicet mutentur pectora, ſenſus, animi, & deſtinationes quælibet, vtque ſpiritum obtineant diuinum, vitam, &

(*a*) Tanta fama viuus fuit, vt ad ipſum videndum ab vltimis Gadibus aliqui Romam venerint, quemadmodum Plinius l. 2. ep. 3. & Hieronymus epiſt. 103. c. 1. tradunt (*b*) L. 4 c. 28. (*c*) L. 7. Met. v. 551.

& opera noua, quibus vere con-
ıerſi non magis queunt vacare, quam
lamma luce, quemadmodum pie autu-
nat Clariſſimus Dominus *Gothofredus*
(*a*) *Vockerodt*, vir vita innocentiſſimus
ngenio florentiſſimus, propoſito ſan-
ctiſſimus, tantis denique adornatus vir-
tutibus, eruditioniſque dotibus, quan-
tas perfecta & natura, & induſtria mor-
talis conditio recipit. Neque ego vere-
cundia conſuetudinis, & vſus domeſtici,
quo per aliquot annos coniuncti fuimus,
fideliſſimi olim, & ſeueritatis lætiſſimæ,
miramque grauitatem egregia humani-
tate temperantis præceptoris, nunc ma-
gni, ac ſemper infra aliorum æſtimatio-
nes ſe metientis fautoris laudibus quid-
quam, dum verum refero, vllo ſubtra-
here modo poſſum. Præſertim eo tempo-
re moribundis, donec vltimus ſpiritus de-
ficiat, & fatis omnem curam vincentibus
in ſua reſoluti initia animam cœleſtem
cœleſtem cœlo reddant, ſacram medici-
nam, conſolationemque, exemplo *Bern-
hardini*, ſociorumque duodecim a *Mar-
co* (*b*) *Marulo* magnopere laudatorum,
nec non (*c*) *Eſaiæ*, adhibere, & ægrotis

 aliis

(*a*) In aur. conſultat. de litter. ſtud. recte, & religioſe inſtit. 13. §. 17. p. m. 289. (*b*) Tract. de religioſe viuend. mod. l. 3. c. 2. de charit. erga proxim. (*c*) c. 38.

aliis verbum diuinum, cuius virtutem ipſi experti ſunt, ita tradere valent, vt effectum illi in mentibus, mananſque in ſe flaminis ſancti flumen ſentiant. Inſuper ſingulari in dicendo iucunditate, ac ſermonis lepore permouere poſſunt infirma valetudine tentatos, homines ſe esſe, ut meminerint, ea lege natos, vt omnibus telis altiſſimi Numinis propoſita ſit ipſorum vita, neque eſſe recuſandum, quo minus ea, qua nati ſunt, conditione vivant, neve tam graviter caſus, ac morbos ferant, quos nullo conſilio vitare quiuerunt. Et quemadmodum bene (*a*) *Herodianus* calamitates, inquit, caſusque humanos modice ferre prudentium eſt: ita (*b*) *Theognide* iudice

Τολμᾶν χρὴ τὰ διδοῦσι Θεοὶ θνητοῖσι βροτοῖσι,

ſuadenteque (*c*) *Euripide*

Κούφως φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα συμφοράς,

inprimis, quum ex ſententia (*d*) *Archilochi* antidotum exiſtat vitæ patientia. Sileo ejusmodi paſtorum fugam officii fore declinationem, & ipſos ſe turpiter daturos, ſi inuicti, firmi, ſtabilis, ac abunde conſtantis animi exemplum eccleſiæ denegarent. Hoc enim eſt præcipue in tali caſu ſalubre, ac frugiferum, auditores

(*a*) L. 4. de Imper. poſt. Marc. ſeu de ſuis temporib. (*b*) In gnomis Ethicis. (*c*) In Medea. (*d*) Apud Stob. ſerm, 123.

Digitized by Google

res fidei paſtorali concreditos optimi exempli, ſine quo nihil recte, putante (*a*) *Columella*, docetur, aut diſcitur, documentum in reuerenda poſitum perſona intueri, & inde ſibi ipſis, ſuisque, quod imitentur, capere poſſe. *Ieſus* etiam, quem *mimus amans* (*b*) *grata* nempe *anagrammatiſmus* (*c*) Græcus σὺ ἡ ὄις ouem eſſe demonſtrat, apud (*d*) *Ioannem* bonum adfirmat paſtorem ponere animam ſuam pro ouibus, iſtum ſuas agnoſci, mercenariumque tantummodo fugere, & *Terentii* (*e*) quaſi effato lupo oues comittere, quod Germani prouerbii loco dicunt den Bock zum Gärtner ſetzen / & de quo (*f*) *Cicero* non ſolum per εἰρωνείαν ex rhetorica ſatis notam, ac (*g*) *Quintiliano* illuſio, ipſique (*h*) *Tullio* diſſimulatio audientem exclamat: O præclarum cuſtodem ouium, quod aiunt, lupum, ſed (*i*) *Homerus* quoque dudum cecinit:

Ουδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν,
Ἀλλὰ κακὰ φρονεύσι διαμπερὲς ἀλλήλοισιν.

(*a*) II. c. 2. (*b*) Ex anagrammatiſmus fit mimus amans grata. (*c*) In Græco anagrammate nullam haberi accentuum, & ſpirituum rationem ex hoc adducto, quod *Auratus* olim in Gallia fecit, academiæ Giſſenæ poëtica a Frider. Taubmanno in epiſt. ad *C. Bachmannum* de die IIX. Octobr. ann. 1612. ſummis elata laudibus p. 305. l. 2. teſtatur. (*d*) c. 10. (*e*) Eunuch. act. 5. ſc. 1. v. 16. (*f*) In Philipp. 3. c. 11. (*g*) L. 8. c. 6. (*h*) In Academic. l. 4. c. 5. (*i*) Iliad. X.

Vt igitur animoſiores, quibus (*a*) *Mæonidis* verſu

- - - παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός,

& a peſte tutiores exiſtant, ipſis proderit maſticatio rerum acrium; ſeminis erucæ, (*b*) cardamomi, cubebarum, vel angelicæ, Zedoariæ, enulæ, allii, gentianæ, leuiſtici, imperatoriæ, (*c*) ſcorzoneræ, calami aromatici, corticis citri, coſti veri, myrrhæ electæ, baccarumque lauri, & iuniperi (*d*) *Chriſtianus Ioannes Langius* ſingulare carlinæ tribuit encomium, ſcribitque non ſolum cum (*e*) *Schrödero* (*f*) *Ettmüllero*, (*g*) *Blancardo*, (*h*) *Dolæo*, (*i*) *Iacobo Le Mort*, celebratiſſimi, ac magni nominis in Academia Lugduno-Bataua Chymiæ Profeſſore, olim ſtudiorum meorum moderatore accuratiſſimo, nec ſine veneratione nominando, & aliis, eam eſſe alexipharmacam, ſed ſpeciatim etiam, quod Caroli M. Imperatoris exercitus angeli monitu eius eſu partim ſanus ſervatus, partim a peſte liberatus fuerit. Radix porro pim-

(*a*) Iliad. O. (*b*) Riuin. tr. de peſt. Lipſ. p. 70. (*c*) Io. Mich. Fehr. anchor. ſacr. vel ſcorzon. Ien. 1666. edit. c. 7. p. 62. (*d*) Lection. de mat. med. p. 490. (*e*) Pharmacop. med. chym. l. 4. claſſ. 1. p. 556. (*f*) In Schröder. dilucid. phytolog. p. 23. (*g*) Lex. med. p. 124. (*h*) Enciclop. med. dogmat. l. 4. c. 5. p. 426. (*i*) Pharmac. medico-phyſic. c. 8. p. 24.

pimpinellæ albæ ex præſcripto Illuſtris Domini (*a*) *Stahlii*, Sacræ Regiæ Boruſſicæ Majeſtatis Conſiliarii Aulici, ac Archiatri in id experientia conſummatiſſima, & eruditione perfectiſſima euecti, ſuper quod adſcendi non poteſt, in ore detineatur, & ſaliua perpetuo reiiciatur. Aut adhibeatur Iacobi (*b*) *Carpenſis* placenta, (*c*) *Rantzouii* ſacculus ad peſtem, (*d*) *Carpique* chirurgi Bononienſis exemplo arſenicum in linteolo circa cordis regionem geſtandum, vel accendatur, ac ardeat inter illos, & ægrotos fax parua picea, ſeu candela cerea, quæ μιάσματα peſtifera, atque lue detentorum venenatos halitus egregie diſſipabunt, ac abſument. Pyxidulas quoque foraminibus gaudentes a tornatore ex ligno iuniperi confici curent, in quibus ſpongiæ aceto rutæ, vel oleo, veluti (*e*) *Lonicerus* ſuadet, ſuccini madidæ aſſeruentur, vt odoratione ſæpius fruantur. Nec abſurdum, aut ſupervacaneum erit puluere quodam ſternutationem ciente, & mouente, vulgo Schnupf-Toback / frequentius

(*a*) Conſpect. medic. theor. pract. tab. 116. omn. prim. morb. method. Stahl. tract. exhib. Io. Iuncker. tab. 53. p. 358. (*b*) Io. Iac. Wecker. l. 5. de ſecret. p. 118. (*c*) Ibid. p. 119. (*d*) Thom. Burnet. theſaur. med. pract. tom. alter. l. 14. p. 396. (*e*) Herbar. p. 372.

tius vti, naribuſque foliolum tabaci, rutæ, ſimiliſque generis imponere, quo aura maligna fortius arceatur, ac cerebrum leuioribus errhinis ſemper expurgetur. Attendendum interim, ne peſtis a *Polydoro* (*a*) *Vergilio* propoſitæ, & in *Siffridi* chron. epitome a *Fabricio* (*b*) excerpta allegatæ conueniens adſit, quia tum homines ſternutando e vita abiuerunt, eoque tempore vltimus in morem veniſſe aperte affirmat ſternutanti bene precari, vel acclamare: Deus te adiuuet! quamuis *Chriſtophorus Cellarius* longe vetuſtiorem hunc ſalutandi ſternuentes ritum eſſe in *Baſil.* (*c*) *Fabri* theſaur. erudition. ſcholaſt. ex *Euſtathio*, *Petronio*, *Apuleio*, aliiſque luculenter oſtenderit, quod adieci, non ut arguerem, ſed ne arguerer. Quando autem minus ſunt cordati, & non ſolum pectoribus mouentur, verum etiam corporibus perhorreſcunt, timoremque ſummum, quo ob magnitudinem periculi adfecti, deponere nequeunt, conſenſu Magiſtratus, & Conſiſtorii in tali diſcrimine alii fortes, grauitate, ac altitudine animorum præditi eorum vices curare valent, atque huc pertinent potiſſimum (*d*) *Auguſtini* verba ad *Ho-*

(*a*) L. 6. de rer. inv. c. 11. (*b*) p. 281. (*c*) p. 2208. (*d*) Epiſt. 180.

Honoratum : quicunque ita ſugit, vt eccleſiæ neceſſarium miniſterium illo ſugiente non deſit, facit quod Dominus præcepit, ſiue permiſit. Illos quoque, quibus veluti reipublicæ luminibus, & capitibus in civitatibus poteſtas omnium rerum commiſſa eſt, fugam capere dedecet, niſi prius habiles, & aptos ad ſummas imperii tenendas ſuo loco ſubſtituerint. Quippe ἀναρχία, & ἀταξία alioqnin oriretur, nec ſupplicationes publicæ tenſis ad cœlum manibus fierent ad deprecandam pœnam, & respublica, quæ antea civibus, bonisque moribus, & exemplis aucta, ac dives, quin ſatis proſpera, ſatiſque pollens videbatur, miſere labefactaretur, ac quæ ſub virtute, genere, vſu, & rerum experientia, Auguſti Cæſaris, vt *Xiphilinus* Dionis abbreuiator in Auguſto ſcribit, opinione commendata certa perſona ſtare potuiſſet, grauiter rueret, quum a pluribus humili, & infimo forte loco natis, ac in omnia pecuniæ, quam recte faciendi, cupidioribus, & inter vitiorum diſſimulationem vitioſiſſimis ſuſtineri deberet.

Aſperius (*a*) nihil eſt humili quum ſurgit in altum

Cun-

(*a*) Georgius Mundius a Rodach in tract. de Comict. Palat. Cæ-

Cuncta ferit, dum cuncta timet, deſævit in omnes,
Vt ſe poſſe putent, nec bellua tetrior vlla eſt,
Quam ſervi rabies in libera colla furentis,
Agnoſcit gemitus, & pœnæ parcere neſcit,
Quam ſubiit, dominique memor, quem verberat, odit

ſicuti longius (*a*) prægloriosiſſimus enarrat (*b*) *Claudianus.* Quid? quod *Didacus* (*c*) *Saauedra in Idea Principis Chriſtiano-politici* ait ἀδύνατον videri, ut iuſſa, & imperia duorum, qui ſimul præſunt, non ſibi invicem aduerſentur. *Moſes*, & (*d*) *Aaron* germani fratres erant, & tamen, quum Deus illi ſocium adiunxiſſet,

Cæſar. c.3. p. 105. indicat hunc verſum ante quingentos annos Barthium l.35. Aduerſ. c.12. in vetuſtiſſimis membranis ita Germanice redditum inueniſſe:
Wenn ein rechter Böſwicht gewaltig wird/
Das leyder viel geſchicht/
So bedarff ein icklich Bidermann
Sein ſelbſt wohl groſſe Sorge han.

(*a*) In tanto honore apud omnes Claudianus fuit, vt ipſi Imperatores Arcadius, & Honorius petente ſenatu ſtatuam in foro Diui Traiani, quod vetus apud Gruterum p. 391. n. 5. extans ſpecioſiſſima inſcriptio teſtatur, ei erigi, collocarique clementiſſime iuſſerint, inque illa vocatur: tribunus notarius, inter ceteras ingentes artes prægloriosiſſimus poëtarum. (*b*) L. 1. in Eutrop. v. 182. ſeqq. (*c*) Symbol. 70. p. 576. (*d*) Exod. c. 4. v. 15.

Digitized by Google

ſet, oportuit adhuc, vt amborum adſiſteret labiis, & vtrique oſtenderet, quid agendum eſſet, ne qua inter eos diſſenſio oriretur. Ergo (*a*) *Taciti* imperatori Tacito, referente *Flavio* (*b*) *Vopiſco*, ita cari, vt liber eius per annos ſingulos decies deſcriptus, & in omnibus bibliothecis repoſitus fuerit, effato *vnum reipublicæ ſit corpus*, *atque* adeo *vnius animo regendum*. Nam (*c*) *Lucano*, quem (*d*) *Quintilianus* ardentem, & concitatum, ac ſententiis clariſſimum, oratoribus tamen magis, quam poëtis annumerandum cenſet, concluſe, apteque vaticinante:

Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit.

Eadem etiam *Q.* (*e*) *Curtius* opinione ducitur inſociabile, inquiens, regnum eſt, & (*f*) *Seneca* ſcribit; Nec regna ſocium ferre, nec tædæ ſciunt, (*g*) *Homeruſq*; qui (*h*) magnitudine operum, & fulgore carminum ſolus appellari poëta meruit, ſecunda rhapſodia veriſſimam emittit vocem: Ουκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, ἑις κοίρανος ἔςω, ad quem verſum Dion olim apud *Cornelium*

(*a*)

(*a*) L. 1. Annal. p. m. 9. l. 29. (*b*) In vit. ipſ. c. 10. (*c*) Civil. bell. l. 1. v. 92. (*d*) L. 10. c. 1. (*e*) L. 10. c. 9. §. 1. (*f*) Agamemn. v. 259. (*g*) Iliad. B. v. 204. (*h*) C. Vellei. Patercul. hiſt. l. 1. c. 5.

(*a*) *Nepotem* reſpexit, affirmauitque; non poſſe bene geri rempublicem multorum imperiis, aſt C. Cæſar (*b*) Caligula, & T. Flauius (*c*) Domitianus eo abuſi ſunt, quemadmodum ex *Caio Suetonio Tranquillo* liquet. Vetus quoque Teutonum, annotante *Antonio Waltero*, adagium eſt, zwey Hanen in einem Korbe beſſen ſich gerne unter einander. Ceteroquin propugnacula, murique tranquillitatis, & otii bonæ leges ad ſalutem ciuium, ciuitatumque incolumitatem, & vitam hominum quietam, ac beatam conditæ, quæ Magiſtratibus præſunt, quarumque ipſi exiſtunt miniſtri, & interpretes prorſus non ſervarentur, ac dignitatis vinculum, libertatis fundamentum, fonſque æquitatis tolleretur. Sublatis legibus πάντων βασιλεὺς θείων τε, καὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων, ſicuti *Stoici* (*d*) *Chryſippus*, & ex eo (*e*) ICtus loquuntur (*f*) ad nihilum redigeretur, qui tamen ſecundum eos λόγος, eſt ὀρθος προσ τακτικὸς μὲν τῶν ποιητέων, ἀπογορευτικος δὲ τῶν ȣ ποιητέων. His concinit illud (*g*) *Tullii*; lex nihil aliud eſt, niſi

---

(*a*) c. 6. §. 4. (*b*) c. 22. (*c*) c. 12. in gnomol. hiſtor. prouerb. p. 244. (*d*) Libr. de L. L. (*e*) L. 2. de leg. (*f*) Io. Balth. Schuppius conſcripſit egregiam de vſu, & præſtant. Nihili diſſert. philoſ. in volum. orat. ſolemn. & panegyric. Gieſſ. anno 1658. edit. content. (*g*) Philipp. 1. c. 12.

iſi recta, & a Numine Deorum tracta
atio imperans honeſta, prohibens con-
raria. Eodem pariter pacto in talibus ci-
itatibus nemini recte faciendi, aut incu-
eretur voluntas, aut imponeretur neceſ-
tas, verum flagitiorum, ſcelerumque
onſcientia merſo omnis eſſet impunitas,
ua maxima peccandi illecebra effrena-
us cuiuslibet furor aleretur, hominique
ion modo ſine religione, ſed ſine vllo ge-
iere pietatis verſanti nequiſſima exiſti-
natio, dedecus, infamia, turpitudo ver-
a forent, & ineptiæ. Præſertim Magi-
tratus erit officium diſpicere, & ordi-
iare, vt, quum alibi peſtis graſſetur,
omnia cum eius loci incolis commercia
vitentur, nullæque merces, ac ſupelle-
ctiles de contagio ſuſpectæ pelles, plumæ
ana, panni, lintea, librique ex antiquis
bibliothecis importentur; vt neceſſitate
poſtulante mercatores contumaciam,
(*a*) vel quadragenariam ab aliorum ſocie-
tate ſeiunctionem, Gallis la quarantaine
dictam, in loco vicino, ac tribus milliari-
bus diſtante (*b*) prius ſuſtineant; vt peſti-
lentia forte infecti extra civitatem in lo-
cum extra civitatem in locum commo-
dum transferantur, atque curentur; vt re-

li-

(*a*) Kircher. in ſcrut. peſt. p. 276. Zach. quæſt. medic. legal. p. 275. (*b*) P. Ammann. med. crit. p. 237

Digitized by Google

lictæ domus expurgentur, & methodo (*b*) *Sennertiana* mundentur, aut prorſus ædes cum ægris occludantur, & rubræ crucis notentur ſigno, neglecto (*c*) *Tilemanni Breulei*, Paſtoris in Spangenberg/conſilio contrario a Summe Reuerendo D. *Felice* Bidembach foras dato, nec attentis verbis (*d*) *Ambroſii: feræ non expellunt feras, & homo excludit hominem*, viciniſque, ne quid luis hauriant, domiciliorum mutatio aliquamdiu iniungatur; vt denique ex malo periculoſisſimo conualeſcentes ante ſex ſeptimanas ad conſortium ſanorum non admittantur. Plateæ, quantum fieri poteſt, a ſordibus, fimetis, ſtercoreque ſuillo, & anſerino liberæ exiſtant, nec æſtimetur Dauricæ regionis medicus iſte, qui ſcribente *Alex. Benedicto de peſte* ob aëris vitium ſæuiente peſte canes interemptos paſſim per vias, & vicus abiici iuſſit, tetroque odore ſtatim ciuitatem ſuam ſanitati reſtituit. Quid iam loquar de caritatis vinculo ſibi inuicem obligatis? Profecto parentibus liberi, maritis uxores, ſeruis domini, amicis amiti, & verſa vice, adeo curæ, cordique eſſe debent, vt, ſi prorſus timore perterriti ipſimet illis

(*a*) L. 4. de febr. c. 5. (*b*) Conſil. theol. decad. 5. ann. 1609. Darmſtad. edit. p. 55. ſeqq. (*c*) L. 3. Offic. c. 7.

Digitized by Google

illis inſervire, ac (*a*) *Phocylidis*, carmini admonitorio χειρα πεσόντι δίδου, σῶσον δ' ἀπερίστατον, & *Symmachi* (*b*) verbis: humanitas nos hortatur non denegare opem poſcentibus ſatisfacere nequeant, per alios tamen quicquid pietatis, amoris, ſeruitii, ac officii deſideretur, præſtandum curent. Medico autem ordinario, & ſtipendio annuo gaudenti, ac de peſtilentiæ atrocitate extimeſcenti licere in fugam ſe conferre nefas eſt dictu. Huic enim in tanto periculo ſtatim incumbit, manus admouere, ſubuenire, ſtrenua, nec propter nouitatem, ne *Theod.* (*c*) *Vietor* exclamet; nouo medico nouo opus eſt cœmeterio, ſuſpecta remedia adferre, tantamque vim morbi potionibus leuare medicatis. Ergo ſuaſu *Theodori* (*d*) *Zuingeri* lotis prius manibus, ac facie aqua clara, cui parum vini rutacei mixtum, exemplum ſequere *Franciſci de le Boe* (*e*) *Syluii*, qui poſtrema peſte Amſtelodamenſi infectos inuiſurus fruſtulum panis albi aceto calendulato imbutum adſumſit, illoque tam bene ſe conſeruauit, vt nunquam veneno peſtilenti fuerit tentatus,

E vel

(*a*) v. 24. (*b*) L. 7. ep. 56. (*c*) Plutarch. περὶ παιδ. ἀγωγῆς p. 339. (*d*) Im ſicher- und geſchind-Artzt. p. 768. (*e*) Regn. de Graaf, tr. de ſucc. pancreat. c. 8. p. 181.

vel veſtigiis inſiſte (*a*) *Waldſchmidii* in peſte Hanouienſe aceto theriacali ſimili vtentis ſucceſſu, aut D. (*b*) *Becheri* verſuum memor

Gebrannten Hirſch-Horns man drey drachmas giebet ein/
Es ſtärcket / wärmt das Hertz/ machts Blut vom Giffte rein/

Io. Andr. (*c*) *Grabam* imitare, & C. C. V. προφυλάξεως ἕνεκα adſume, ſputumque conſilio *Dobreſzenski a* (*d*) *Dolæo* valde laudato frequenter eiice. Amuletorum loco applica, ſis, bulboſam (*e*) alli radicem, mutaque nigreſcere incipientem, vel vſurpa (*f*) colchici radicem cum cinnabari natiua, ſiue (*g*) *Kircheri*, & (*h*) *Wormii* admonitu pellem bufonis, aut (*i*) *Paracelſi* elige Zenexton, ac ex mente *Godofr.* (*k*) *Bidloo* extus mercurium adhibe viuum nempe (*l*) avellanæ nucis mercurio repletam, & cera Hiſpanica ob ſignatam teſtam, ſed ab aliis (*m*) comendatum,

(*a*) Op. T. 1. p. 325. (*b*) Parnaſſ. med. Zool. p. 1. f. 30. (*c*) ΕΛΑΦΟΓΡΑΦΙΑ c. 9. p. 163. (*d*) Encyclop. med. dogm. l. 4. c. 5. p. 428. (*e*) Dan. Ludov. tr. de morb. caſtrenſ. c. 17. (*f*) Dolæus l. c. p. 425. (*g*) De peſt. p. 347. (*h*) Muſæi p. 265. (*i*) Baſil. chym. Crollii p. 237. Eman. König regn. anim. ſect. 3. artic. 3. p. 271. (*k*) Exercit. anatom. chirurg. 5. decad. 1. artic. 5. p. 74. (*l*) Petr. Dröetus conſil. de peſtilent. c. 8. Iac. Theod. Tabernæmontan. tr. Germ. de peſtil. Dan. Ludov. l. c. (*m*) God. Bidloo l. c. artic. 4. p. 69.

tum, & chartulæ inſcriptum *Iobi* nomen contemne. *Nec minimum*, vt *Thom.* (*a*) *Bartholini* cohortationem meam faciam, *contagioſæ luis præſervatiuum habebis, ſi mente intrepida haud timueris, aut terrore morbum tibi imaginatus fueris.* Itaque

Principiis obſta, ſero medicina paratur,
Quum mala per longas inualuêre moras;

vt natura ipſa valens, & mentis viribus excitatus, ac quaſi divino quodam ſpiritu afflatus grauium, plenorumque carminum conditor fatur (*b*) *Ovidius*. Fac ex præcepto (*c*) *Apollonii Rhodii* tuum officiū, & Deus reliquum curſum gubernabit, *Fridericique* (*d*) *Hoffmanni* iuſſu eo annitaris, vt cito manus afferas auxiliares, & tuto cures, ac iucunda exhibeas medicamenta. Καιρὸς enim eſt (*e*) *Hippocrate* innuente ὀξὺς, idemque (*f*) alibi ea, quæ celeritatem deſiderant, celeriter peragere hortatur, quum præſidia ſecundum (*g*) *Galenum* feſtinanter celebrata conducant, tarde adminiſtrata lædant. Et ſi qua in re (*h*) *Petr. Poterii* opinione

(*a*) Ciſt. med. Haffn. in conſil. facult. med. Haffn. de peſt. conſc. loc. 20. p. 185. (*b*) Remed. amor. v. 91. 92. (*c*) L. 2. Argonaut. (*d*) In Oper. de method. medend. iuxt. ſcr. Wallæian. l. 1. c. 4. (*e*) Sect. 1. Aph. 1. (*f*) l. açutor. 8. (*g*) L. 3. de temperam. c. 3. (*h*) Oper. omn. practic. & chymic. c. 2. centur. 2.

Digitized by Google

medici probitas, & ſolertia eluceſcit non quidem in inani verborum ſtrepitu, aut affectata quadam dicendi cupidine, minus in comptu, & decentia corporis, verum in recta medicamentorum applicatione, qua ægrorum querelæ cito ſedantur, dum *Aur. Corn.* (*a*) *Celſo* contendente morbi non eloquentia, ſed remediis curantur. Quid? quod *Iul. Cæſar.* (*b*) *Claudino* auctore tibi ex officio Chriſtiano incumbit, vt infirmum, antequam ad uſum præſidiorum deueniat, candide moneas, ad ſanctiſſimam confeſſionem ſeſe præparet, quum & ipſe (*c*) *Plato* omnium, quæ dicimus, & facimus, a Deo ducenda eſſe exordia præcipiat. Conſilia agitata, cogitationibus euigilata, & expedita in medium profer, ac quicquid habes ad conſulendum collige, & certiſſima medicamenta non ex libris, at ex doctrina, & experientia tua, quam tibi longinquitas (*d*) temporis attulit, diligenter conquire, vt valetudini miſeræ, adflictæ, & multum iactatæ profugium, portusque ſolus, quemadmodum memorantibus *Valerio* (*e*) *Maximo*, *Sexto Aurelio* (*f*) *Vi-*

(*a*) L. 1. de remedic. p. 7. (*b*) L. 1. de ingreſſ. ad infirm. c. 3. p. 20. (*c*) In Timæo. (*d*) Ariſtotel. l. 6. Ethic. Nicom. c. 9. (*e*) L. 1. dict. factor. memorab. exempl. c. 8. (*f*) L. de Vir. Illuſtr. c. 22. §. 1 Conf. Dominic. Machanei, & Annæ Tanaquili Fabri filiæ commentarios.

Digitized by Google

Victore, (*a*) *Liuio*, aliiſque civitati Romanæ triennio continuo peſtilentia vexatæ olim Æſculapius ab Epidauro accerſitus, exiſtas, dum ægri in tuis oculis, in tuo ore, vultuque libenter acquieſcunt, teque vnum conſtanter intuentur. Noli autem temerariæ experientiæ, cuius finis ſtatuente *I.* (*b*) *Heurnio* certa eſt mors, & fortuitæ curationi quenquam ſubmittere, dum periclitanti non ſemper Dei gratia euenire ſolet, quod Mario apud verborum (*c*) nouatorem, & Thucydidis (*d*) æmulum (*e*) *Salluſtium*, quum ait: *ſic forte correcta Marii temeritas gloriam ex culpa inuenit.* Certe ἡ πεῖρα in (*f*) *Hippocrate* eſt σφαλερὴ, idque *Galeno* monente *in commento* ob ſubiecti artis medicæ dignitatem, quod haud exiſtit later, lutum, lignum, lapis, tegula, aut corium, in quibus experiri, aut exercitari multis modis impune licet, ſed, veluti *Ianus* (*g*) *Damaſcenus* loquitur, tenuioris pariter, & pretioſioris eſſentiæ opificium Dei, in quo lapſus quidem procliuis, aſt valde periculoſus, & in pleriſque, præſertim ſubtilioribus naturis, ſæpe ad interitum

E 3 ter-

(*a*) In fin. l. 10. (*b*) In l. 1. Aphor. Hippocr. p. 20. (*c*) Gell. l. c. 15. (*d*) C. Velleius Patercul. hiſt. l. 2. c. 36. (*e*) In bell. Iugurthin. c. 94. (*f*) Sect. 1. Aphoriſm. 1. (*g*) Aphor. 10.

Digitized by Google

terminatur. Subito audaciam cum imperitia, inſcitiam cum temeritate *Iacob.* (*a*) *Mentelii* verbis in damnum, atque perniciem ægrotantium minime coniungens in vſum voca alexipharmaca reiectis prudenter cum (*b*) *Heerio* electuariis, bolis, morſulis, rotulis, & omnibus nimis dulcibus, vtpote fermentationem inducentibus, ac ſudorifera temperatiora. Sudor enim a centro, liceat nobis geometrarum vti vocabulis, ad περιφερίαν pellit, & venenum a partibus internis ad exteriores propellit, ac, dum vniuerſa quaſi eſt totius corporis euacuatio, venenum in μικροκόσμῳ hærens expellit. Præterea ex aquoſa ſeri parte maxime conſtat, ideoque *ſalem corroſiuum deſtructiuum* prius in aëre ſecundum *D. Hermann. Frider.* (*c*) *Teichmeyerum* contentum, & poſtea per inſpirationem ſanguini mixtum plus diluit, & ſecum foras educit, quoniam id, quod de natura ſalis exiſtit, facile ab aqua diluitur, imbibitur, abſorbetur. Si autem ægrotus vix ſudorem emittere poſſit, is lateribus calefactis, vel lagenis ſtanneis huic vſui dicatis, quales olim apud Batauos oculis intuitus ſum, plan-

(*a*) In epiſt. Ioann. Pecqueti Experim. nou anatom. de recept. chyli, & vaſ. lact. &c. adiect. p. 185. (*b*) Obſ. 22.
(*c*) Element. philoſ. natur. experiment. part. 2. c. 3. p. 162.

Digitized by Google

plantis pedum crebro admouendis eliciatur. *Carolus de* (*a*) *Gogler* Kan der Krancke inquit, nicht ſchwitzen / ſo nehme von Stunde an zwey / oder drey Ziegel-Steine / mache dieſelbe warm / ſchlage einen naſſen Tuch darüm / und lege es ihm unter die Decke an ſeine Seiten / und zwiſchen die Beine / daß er ſchwitzet. Itaque in Thuringiæ peſte valde decantatam *Ioannis* (*b*) Kochen E. ſulphuris alexipharmacam, tincturas bezoardicas, mixturas, bezoardica fixa, epithemata, aliaque adhibe, & niſi ſingula debite vſurpare voluerint, tempus tibi nonnunquam vehementem, ac acrem imponat perſonam. Præcipue in memoriam reuoca (*c*) *Auerrhois* dictum: *concedo, quod medicus de una medicina ad aliam tranſire poſſit, & debeat*, *Auicennæque* (*d*) ſententiam: *ſcias permutationem fieri debere cum medicinis, quia quandoque confert in vna hora, deinde poſt illud nocet*. Nec a multis, quos *Matthias* (*e*) *Tilingius* ordine recenſet, in cœlum ſummis elato laudibus lapidi bezoardico ex phyſica *Fridem.* (*f*) *Bechmanni* ſat noto, ac a curioſiſſimo *Doct.. Engelbert.*

(*a*) In der erneuerten Hauß- und Feld-Apotheck. p. 261. (*b*) πραγματομάθης λοιμικὴ Vinor. anno 1683. edit. §. 20. (*c*) L. 1. c. 2. (*d*) 22. 3. tract. 2. c. 7. (*e*) Tract. de febrib. petechial. c. 9. p. 300. (*f*) L. 4. c. 2. p. 414.

Digitized by Google

(*a*) *Kæmpſero* vberrime, ac elegantiſſime deſcripto ſoli fide motus experientia (*b*) *Cratonis*, *Herculis* (*c*) *Saxoniæ*, (*d*) *Sennerti*, *Io*, *Petr.* (*e*) *Lotichii*, *Auguſtin.* (*f*) *Thoneri*, (*g*) *Franciſc. Valleſii*, *Andr.* (*h*) *Baccii*, (*i*) *Fabr. Hildani*, (*k*) *Primeroſii*, *Laz.* (*l*) *Riuerii*, *Sim.* (*m*) *Pauli*, aliorumque. Eundem certe effectum. *Frider.* (*n*) *Hoffmanni* arbitratu a lapide humano, item bouino, qui reperiuntur in cyſtide fellea, vel bouina, obtinebis. (*o*) *Bontiuſque* ſcribit, ſe in peſte Lugdunenſe calculos humanos in penuria lapidis bezoardici adhibuiſſe, & ſudoriferum excellentiſſimum inueniſſe. Finito tandem ſudore, corpus linteis mundis moderate calentibus exſiccetur, aërque occurrens frigidus diligenter euitetur, nec non æger cibis εὐχύμοις, & εὐπέπτοις, vt ovis recentibus, iuſculis carnium, ptiſana &c. reficiatur ſæpius, potuſque ordinarius ad ſitim perurentem fallendam ſit decoctum C. C. V. & præparati cum radice ſcor-

(*a*) Amœnit. exotic. politico-phyſico-medic. faſcicul. 2. rel. 9. §. 3. (*b*) In epiſt. ad Thom. Iordan. (*c*) Prax. l. 8. c. 3. (*d*) L. 4. de febr. c. 8. (*e*) L. 1. obſeru. medic. 15. c. 7. (*f*) L. 1. obſeru. med. 2. (*g*) L. 4. method. medend. c. 2. (*h*) L. de gemm. c. 34. (*i*) Cent. 4. obſ. 24. (*k*) De error. in medic. l. 4. c. 36. (*l*) Prax. med. l. 17. ſect. 3. c. 1. (*m*) Quadrip. Botan. claſſ. 2. p. 16. (*n*) In P. Poter. pharmacop. ſpagyr. l. 2. c. 25. annotat. (*o*) De medic. Ind. l. 1. c. 46.

Digitized by Google

ſcorzoneræ admixto ſucco limonum, ſpiritu vitrioli philoſophici, aut ſulphuris ad gratam aciditatem. Interim patientibus ex mente *Io.* (*a*) *Michaelis* non ſignifices, quod peſte laborent, donec venenum a corde fuerit reuulſum, alioquin declarante (*b*) *Hornungo* ob metum, & triſtitiam ad cor reuocatur. Vt vero omnia rite præparentur medicamenta, & χεῖρες θεῶν, verbis *Brun.* (*c*) *Seidelii* minime χεῖρες παλαμναῖαι euadant, nec vobis periti pharmacopolæ, qui ex (*d*) *Naſone* clamatis;

Quis non e timidis ægri contagia vitat?

conuenit, repentino impetu vos in fugam coniicere, & prorſus a conſpectu hominum auferre. Potius in publicum, quantum licet, non venite, & domi vos tenete, vt medicus remediis efficacibus, ac præſentibus a vobis adorandis ſaluti corporis doloribus, ac infirmitate valetudinis miſere detentorum ſuccurrere queat. Neceſſitate, cui, vt *Iuſt.* (*e*) *Lipſius* autumat, non aliud eſt effugium, quam velle quod cogat ipſa, vrgente exeuntes interne vtamini ſpiritu vrinæ, theriaca Andro-

(*a*) Prax. clinic. part. I. l. 1. p. 42. (*b*) Ju ſein Würg-Engel. (*c*) De morb. incurab. p. 79. (*d*) L. 3. de pont. v. (*e*) L. 1. de conſtant. c. I.

Digitized by Google

dromachi, non chymica *Adami a* [*a*] *Bodenſtein*, confectione Mithridatica officinarum, antidoto [*b*] *Foreſti*, vel [*c*] *Mermanni* 100 thalerorum munere a Duce Bauariæ emta, malis medicis, ac limonis ſubſtantia ſaccharo obductis, meliſſæ floribus conditis, ſimilibusque, & externe cor illinatur theriaca, ſpongiaque aceto immerſa cum aqua roſacea naribus frequenter admoueatur. Vos etiam optimæ notæ chirurgi Piſandro timidiores ſiſtite gradum, nec fuga vos eripite, iudicio dum opus eſt hic limatulo, & politulo veſtro, fideque integerrima, ac conducent vobis elixirium peſtilentiale *Crollii*, oleum peſtilentiale *Heiniſii*, eſſentia viperarum, tinctura vitæ *Mynſichti*, theriaca cœleſtis, & odoramenta, ſuffitus, adſperſiones, pilæ manu geſtandæ, variaque odorifera, de quibus *Andreas* [*d*] *Gallus Tridentinus* honorifice, & graviter multa prædicat. Rationibus quidem D. *Bartholdi Floriani* [*e*] *Gerſtmann* inducti fonticulos ab [*f*] *Hildano*, *Georg.* [*g*] *Guarnero*, [*h*] *Quercetano*, [*i*] *Mercuria-*

(*a*) Theodor. Zuinger. im ſicher = und geſchwind=Artzt. p. 771. (*b*) L. 6. obſerv. 16. (*c*) Conſultat. l. 8. p. 558. (*d*) In faſcicul. de peſte. (*e*) Tumul, peſt. c. 8, §. 18. ſeqq. (*f*) Centur 6. obſeruat. 86. (*g*) L. de peſte c. 9. (*h*) L. 2. 86. de peſte c. 2. (*i*) L. de peſte c. 20.

Digitized by Google

curiale, *Marc. Aurel.* [a] *Seuerino*, *Athan.* [b] *Kirchero*, *Iacob.* [c] *Fabricio*, Archiatro olim Regis Daniæ, & Profeſſore Roſtochienſe, *Theod.* [d] *Zuingero*, [e] *Dolæo*, [f] aliiſque laudatos, & auctoritate ἀξιοπίστων, ac exercitatiſſimorum in arte virorum *Paræi*, *Maſſæ*, *Foreſti*, *Pauli de Sorbait*, & *Waldſchmidii* freti V. S. deſpicatui habere poteſtis, mirandumque eſt cum celeberrimo quodam [g] auctore valde, quod [h] *Sydenhamius* eam ita adprobauerit. Certe nullam (1) malignitatis efficit defectionem, nec virulentum tollit μίασμα, ſanguinem contra imminuit cum ſpiritibus, ac viribus, vt ſeguius poſtea explodendo hoſti reſiſtant. (2) Per vehementum cruoris profuſionem rapidior fit corruptorum humorum exagitatio, quo veuenata illa ſeminaria in extremis torulis deliteſcentia ob agitatum iam iam nimis ſanguinem extrorſum, ac ad nobiliora protrudantur viſcera. (3) Euacuatur cum vitioſo ſine diſcrimine laudabi-

[a] L. de efficac. medic. c. 4. p. 251. (b) De peſte ſect. 3. c. 4. p. 14. (c) In diſputation. de peſte p. 63. (d) Im fiſcher- und geſchwind-Artzt. p. 770. [e] Encyclop. med. dogmat. l. 4. c. 5. p. 426. (f) Conſil. de peſte Ducat. Sileſiaci p. 59. 60. Quid nos de fonticulis ſentiamus? diſſertatio noſtra philologico-anatomico-chirurgico-medica de angina Lemgouiæ anno 1718 vulgata theſ. 28. abunde docet. (g) Dolæus l. c. (h) Prax. med. experim. ſect. 2. c. 2.

Digitized by Google

bilis ſanguis venoſus, quum malum potius inhæreat arterioſo. (4) In profluuio alui, ac diarrhæa, pariterque in fœminis, quibus καθάρσεις ἔμμηνοι, ſiue menſes acrimonia malignitatis ſtimulati prodeunt, nunquã conuenit. Adde quod (5) ſucceſſus, atque euentus e phlebotomia anceps, dubiuſque exiſtat, & in cauſa tam graui, ac ad vitam pertinente, eamque *temere* [a] *Liuii*, qui natura candidiſſimus omnium magnorum ingeniorum cenſor a [b] *Seneca* patre adpellatur, phraſi *in non neceſſariam aleam dante* ſecura & certa ambiguis ſint anteferenda. *Parcatur ergo*, edicente *D. Bernhard.* [c] *Swalue*, *huic ſubſidio*, *qvando medici gloriam vertit in dedecus*, *ſperatamque ægri ſalutem in perniciem.* Chirurgiam quoque infuſoriam, qua medicamenta alexiteria ad citiorem operationem per ſiphonem venis iniiciuntur, cuiuſque rudimenta annotante *Chriſtian. Franc.* [d] *Paullini*, iam reperimus in *Enchridio* [e] *Riolani*, & mentionem [f] *Rolfincius*, [g] *Ettmüllerus*, & *Dan.* [h] *Maior* faciunt, ad Garamantes,

tes,

(a) L. 42. c. 59. (b) Suaſor. 6. ſiue, vt aliis placet, 7. (c) Diſquiſit. therapeut. general. ſect. 6. p. 119. (d) In præfat. Medic. Critic. Paul. Ammann. ſyncretiſm. medic. monit. 4. (e) c. de aſthmate. (f) O. & M. Comm. Spec. p. 934. (g) Diſſert. 16. oper. pract. adiect. (h) Tract. peculiar. de chirurg. infuſor.

tes, ac Indos, vltraque Herculis [*a*] columnas ablegetis, aſt ſacrificationes coxarum, atque brachiorum in adſuetis, obſeruata ſimul plenitudine, ſæpe indigebitis, commodeque a vobis clyſteres, ſpretis horum oſoribus medicis Sinenſibus ab *Andr.* [*b*] *Cleyero* memoratis, malignitati tantum reſiſtentibus, non ſalibus, & purgantibus fortioribus gaudentes cum ſuppoſitoriis in uſum trahentur. *Temerarium, & inſignis ſtultitiæ argumentum eſſet*, vt [*c*] *Foreſtus*, qui apud nos auctoritate valet, & multum poteſt, ſenſus ſuos aperit, *in ancipiti medicamento periculum facere, quum nulla cogit neceſſitas, & meliorum copia ſuppetit.* Accelerate inſuper, & operam nauate, vt bubo tumor iſte glandularum malignus, qui iudice *Caſp.* [*d*] B*arlæo*

Inguina ſollicitat, miſeroſque exaſperat artus,

non [*e*] *Ovidii*

Ignauus bubo, dirum mortalibus omen,

qui palam diuulgante [*f*] *Apuleio*, quum penetrauerit larem quempiam, ſollicite pre-

(*a*) De hac formula lege Pindarum Olymp. Γ. ἐγῷ γ. κῶ. ϑ. & Philipp. in poſtill. referente Gregor. Richtero in Axiom. Polit. Reg. 55. p. 122. 130. (*b*) In Specimin. Medicin. Sinicæ p. 73. (*c*) L. 9. obſeruat. 23. (*d*) Miſcellan. l. 2. p. 543. (*e*) Metamorph. l. 5. v. 550. (*f*) L. 3. Meleſ.

prehenſus foribus affigi ſolet, vt, quod infauſto volatu familiæ minatur exitium, ſuis luat cruciatibus, ſapphiro perquam translucido cæruleo, vel ſuccino aliquoties circumducatur, donec circulus ater emergat, per quem tanquam caminum omne venenum, nonnullorum opinione exſpirabit. Aut bufonem, ſicut (*a*) alii volunt, exſiccatum, in vino maceratum, illi apponite, vſque dum intumeſcat, dein primo reiecto ſecundum, ac tertium ſubſtituite. Emplaſtra etiam imponite *Nathaneelis Hodges*, vel magneticum *Angeli Salæ*, diachylon cum gumm. de melitoto mixtum, de mucilaginibus, cataplaſmaq; emolliens, ne alioquin ægros falſa ſpe producatis, pſittacum ſenem ferulam negligentem doceatis, laterem lauetis, littu aretis, & caſſe tempus teratis. (*b*) *Hiſkia* præeunte caricis vtimini, quarum cataplaſma (*c*) *Franc. Valleſius*, & (*d*) *Galenus* laude dignantur eximia, *Feliciſque* (*e*) *Plateri* cataplaſma vobis efficaci ſua virtute maximam mouebit admirationem.

Qui-

(*a*) Dan. Hen. Ulrich diſſert. medic. exhib. ægr. laborant. peſte habit. Ien. menſe Mart. anno 1681. ſub præſid. Georg. Wolffgang. Wedelii p. 33. De Bufone autem ſpeciatim lege Paul. Ammanni breuem ad mat. medic. manuduct. p. 151. & 152. curioſaque multa reperies. (*b*) 2 Reg. c. 20. v. 7. (*c*) In ſacr. Phil. c. 39. (*d*) L. 2. 2. de art. cur. ad Glauçon. c. 7. (*e*) Obſeruat. l. 2. p. 333.

Digitized by Google

Quidam cepas ſumunt coctas, & contritas cum ſinapi, ac albo Græco puluerem in ſubtilem redacto mixtas, & ita applicant, aliqui vſurpant ſchrophulariæ baccas, herbam paridem, atque fermentum, multique radicem laudant lymphyti maioris ſub prunis coctam cum Mithridatio, & butyro. Si vero ad ſuppurationem bubo tendat, iamque ea facta ſit, nec apertio ſimul ſequatur, hæc tentetur lancetta, cultroue in parte ima, vt pus melius effluere poſſit. Educto pure, vlcus mundetur vnguento digeſtiuo ex terebinthina, aloe, & myrrha, vnguento Baſiliconis, Ægyptiaco, ac balſamo ſulphuris terebinthinato, mundificatumque conſolidetur emplaſtro de minio, diapompholygos, &c. obſeruando conſilium *Theod.* (*a*) *Vietoris*: non venit vulnus ad cicatricem, in quo crebra medicamenta tentantur. Quantum ad ſedandum dolorem (*b*) I*alemo* miſerabilioris ægri apprime bonum oleum ſcorpionum calide inunctum conducat? quum (*c*) *Riuinum* teſtem habeatis, nihil opus eſt pluribus verbis commemorare. *Guil.* certe (*d*) *Ballonius* humanum eſt, & officii, inquit, ple-

(*a*) In Plutarch. περ. παιδ. ἀγωγ. p 471. (*b*) Anton. Walter. gnomolog. hiſtor. prouerb. p. 318. ex. Manutii adagiis, (*c*) De peſte Lipſienſ. p. 120. ſeqq. (*d*) L. 2. conſil. 6.

plenum aliqua ratione miſerorum ægrorum dolores leuare, (*a*) aliuſque ſcribit: l' amour qu' on a pour les miſerables, eſt la marque d' vne charité Chreſtienne, pure, vniuerſelle, genereuſe, & deſintereſſée. *Reliquum* præcipue *erit*, *omnia petienter ferre*, *& a Iehoua vlterius expectare auxilium*, vti ſapientiſſime loquitur Illuſtris Dominus (*b*) *Krug de Nidda*, Potentiſſimi Boruſſorum Regis Conſiliarius Intimus, Archiatrorum Comes, fodinarumque metallicarum Director ſupremus, &c. qui, hei mihi! non poſſum id ſine triſtiſtitia exprimere, in robore prouectæ ætatis, fortunæque curſu Smalcaldicæ ereptus rebus humanis præmaturam omnibus bonis ex calculi renum prævia vrinæ ſuppreſſione enormi mortem immortalis nominis ſui penſauit memoria. Anthraces verborum *Læuini* (*c*) *Fiſcheri* memores; *ſtudendum eſt*, *vt quam citiſſime carbunculi ſuppurentur*, *ita*, *vt bis in die*, *ſemel noctu cataplaſmata*, *ac medicamenta alterentur* maturos celerrime reddite, ordineque, qui (*d*) *Galeni* placito naturæ maxi-

(*a*) Conf. la vie de Madame Helyot II. part. chap. 8. (*b*) Adi Io. Dolæi commerc. litterar. p. 78. ep. 23. & elegantiſſim. Act, Medic. Berolin. Volum. ſext. p. 25. (*c*) Corpor. med. Imper. lit. 3. tit. 10. p. 765. (*d*) L. 2. de præſag. ex pulſ. c. 12.

maxime eſt familiaris, procedentes
eorum corrigite acrimoniam exurendi
vim poſſidentem, ne latius ſerpat. In
hunc finem potentialia ſumite (*a*) caute-
ria, & emplaſtra de fuligine, meliloto, ar-
ſenicale magneticum &c. ac, ne carbun-
culi in gangrænam abeant, voſque Siſy-
phi ſaxum, quod in prouerbii (*b*) conſue-
tudinem uenit, tantum voluatis, æthio-
pem dealbetis, iſthmum (*c*) perfodia-
tis, & operam, oleumque perdaris, in-
star omnium permagno æſtimate cata-
F plaſ-

(*a*) De cauteriis, eorumque numero, & copia vide Albuca-
ſin l. 1. method. medend. Paræum l. 18. Io. Andr. Cruce in
officin. chirurg. Scultetum armament. tab. I. & 19. Solin-
gen tab. II. edit. Amſtel. Fienum in tract. de cauter. Marc.
Aur. Seuerinum de efficaci medicina, Io. Coſteum de igneis
medicin. præſidiis l. 2. & Io. Henr. Schütteum in diſſertat.
chirurg. de ſuperfluis, & noxiis quibusdam in chirurgia Al-
torfii ſub præſidio Excellentiſſimi Laur. Heiſteri die 22 April.
1719. publicæ erudit. diſquiſitioni ſubmiſſa §. 3. Præſer-
tim vltimus Experientiſſimus medicinæ Doctor maxime ſu-
peruacaneum eſſe cenſet. quod veteres, & qui illos adhuc
ſequuntur, cauteria nonnulla ex auro, argentoue confece-
rint, ferrumque ad ea optimum exiſtere aſſeuerat, *dum
maiori vi, virtute ſua adſtringente*, cuius Dioſcori-
des, etiam l. 5. c. 46. meminit, *in corpora agere poteſt.*
(*b*) Conſule chiliad. prouerb. (*c*) Iſthmum quidem
perfodere, vt ex Suetonio liquet, olim cogitauerunt Cæ-
ſar c. 44 & Caligula c. 21. extr. aggreſſusque eſt Nero c. 19.
at tamen imbrem in cribrum geſſerunt, apros in mari vena-
ti ſunt, Delphinum natare, cancrumque recte ingredi do-
cuere. Conf. Torrentium, & Caſaubonum ad hos Tran-
quilli locos, nec non Plin. l. 4. c. 4. ac Barthium ad l. 4.
Thebaid. Statii L. 913.

plaſma *Diemerbroeckii. Iohannes* (*a*) *Wallæus* curat carbunculum applicando veſicatoria non ipſi, ſed vicinæ, & commodiori parti, ne augeatur, veſicamque vno impetu rumpendam eſſe putat ad euitandos magnos cruciatus, quos ægri vix ferunt, iſtiſque leniendis butyrum cum oleo liliorum alborum eligit. Egregiam quoque bubones, & carbunculos tollendi methodum cum artis chyrurgicæ amatoribus comunicat *Thom.* (*b*) *Burnet.* Vos ſalutem veſtram poſteriorem ſaluti communi ducere debetis, & in eo agetur veſtra exiſtimatio, laudiſque erit veſtræ, vos homines poſſe, quos eximia caritate dilexeritis, vel cane peius, aut angui oderitis, ſanitati reſtituere, ſicque teſtatum facere, quod φήμῃ, καὶ ἔργῳ rationales exiſtatis chirurgi, & præter τὸ ὅτι etiam ex (*c*) Ethica τὸ διότι ſciatis. Semper non quid ipſi velitis, ſed quid lex diuina, aut religio cogat? cogitetis, quin imo arbitremini, non vobis, quodcunque concupieritis, licere, habeatis in conſilio æquitatem memores *Thaletis* præcepti apud (*d*) *Laërtium* μὴ πλούτει κακῶς, metu am

(*a*) Medic. pract. l. 1. c. 12. (*b*) In Theſaur. med. pract. Dan. Puerario obſ. ſel. auct. tom. prior. 2. ſubſect. 1. p. 1.. & l. 3. ſubſect. 2. ac 3. 242. 243. (*c*) Conf. Synopſ. Eth. Reyheri p. 657. (*d*) L. 1.

Digitized by Google

amoueatis, & *Ioann. Baptiſtæ van* (*a*) *Helmont* admonitione ſapphirum, vel fruſtum ſuccini lucidum prius per ſeptem planetarios pulſus, quos in gutture, carpis manuum, prope pedum malleolos, & ad cordis thronum exiſtere ſcribit, confringatis, & collo periapti vice appendatis, maximique æſtimetis bonæ mentis conſcientiam. Omnibus vobis induſtriæ neruis contendendum eſt, atque cupide elaborandum, vt adſtantes, qui ſecundum (*b*) *Hippocratem* oculis magis credent, quam opinionibus, & ex ſententia ſcholæ peripateticæ (*c*) principis ſenſui plus tribuent fidei, quam rationi, intelligant, non vos quicquam habuiſſe antiquius, quam vt mala dexteritati veſtræ commiſſa optime ſanetis. Tunc reliqui ad experientiam veſtram ſpectatam, quæ multa ſæpe ſolitaria meditatione, & probabili ratione ſuaſa coarguet teſte (*d*) *Fernelio*, confugient, credulitatemque ſuam vobis addicentes auxilium ſibi per vos petent, quos ſi bene ſperare, & bonum animum habere iuſſeritis, multo erunt, quam antea, erectiores. Nunquam faciatis, quod facere neque debetis, neque poteſtis, ne excedatis limites veſtræ

(*a*) Oper. medic. p. 461. §. 37. (*b*) L. 1. de diæt. (*c*) L. 3. de gener. animal. c. 10. (*d*) L. 4. method. med. c. 3.

(*a*) capacitatis, & licentiæ vobis conceſſæ, in qua re alioquin grauiter peccaretis, &, ſi aberrauiſſetis, puniri poſſetis, quia in culpa exiſteretis; culpa enim, ſtatuente (*b*) *P. Zachia*, eſt, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti. Dum iam, L. B. fugiendi libertatem certis denegaui perſonis, ſimulque temporum, & locorum rationem habui, minime aduerſariorum partibus pronior videri debeo, qui quaſi (*c*) Salmonèi alteri, & rurales Oenomai ſupra variis dictu ſpecioſis argumentis nullam prorſus peſtis fugam concedere voluerunt. Nam in imperita, ne dicam docta, multitudine eſt vitioſisſimm inconſtantia, & crebra tanquam tempeſtatum, ſic ſententiarum commutatio. Quamuis equidem *Fabricius Romanus*, cuius (*d*) *Eutropius*, ac *Matth.* (*e*) *Dreſſerus* ex *Suida* & aliis laudabilem enarrant conſtantiam, haud exiſtam: attamen ὅλω adhuc ποδὶ ſto, & (*f*) *Maronis* verſibus;

Non umbræ altorum nemorum, non mollia poſſunt
Prata mouere animum

meum, quoniam eloquente (*g*) *Socrate* apud

(*a*) Fridei. Hoffmann. in oper. de meth. medend. iuxt. ſeriem Walleian l. 1. c. 5. p. 32. (*b*) Quæſt. med. legal. l. 6. tit. 1. quæſt. 9. (*c*) Anton. Walter. gnomol. hiſt. prouerb. p. 428. (*d*) Breuiar. hiſt. Rom. l. 2. c. 8. (*e*) In Chronic. (*f*) L. 3. Georgic. v. 520. (*g*) Serm. 1.

Digitized by Google

apud *Stobæum* bono propoſito nixus immotus eſſe debet, ac ſine cauſa, & nulla neceſſitatate mutaſſe ſententiam leuitatis, eſt ſecundum (*a*) *Lipſium*. E contratrario, quum in iis, de quibus fides diuina nihil nos docet, ex mente *Renati* (*b*) *Des Cartes* minime doceat hominem philoſophum aliquid pro vero adſumere, quod verum eſſe nunquam perſpexit, ipſorum reſpuo rationes ieiunas, vitreis (*c*) *Petronii* fractis, & ſomniorum interpretamentis, gerriſque Siculis vaniores, ac pro nihilo duco. Quin, ut premam fauces in medium allatæ frigidæ, ac futilis defenſionis, adſero, quemlibet fugà elabentem, & ſolum vertentem adminiculis a Deo comprobatis uti, ideoque prouidentiæ diuinæ non diffidere, nec hæſitare inter ægritudinem animi, & deſperationem. Eiuſmodi enim exitialis temporis miſerias ne deflere quidem quiſquam digne ſatis, adeo nemo exprimere verbis poteſt. Quia ſupremum etiam Numen non ad bonum tentat, auxiliis ſpiritualibus, ac naturalibus frui decet, audienduſque eſt (*d*) *Siracides*, quando fili, inquit, in morbo tuo Dominum orare ne

(*a*) Orat 8. pro Ciceron. (*b*) Princip. philoſoph. part. 1. §. 76. p. 23. (*c*) Satyric. p. 55. (*d*) C. 38. v. 9. 10. v. 1. 2. 4.

neglige, & ipſe te ſanabit. Amoue culpam, rectas habe manus, ab omni peccato cor tuum expurga. Da medico locum, utpote cuius auctor eſt Dominus, qui creauit ex terra medicamenta, quæ prudens homo non faſtidit. Medicina eſt a ſupremo, & hic medico ſecundat lenimentum, & vitæ gratia ſanationem. Neſcimus inſuper, etſi *quotidie*, arbitrio (*a*) *Senecæ moriamur*, dum *quotidie demitur pars vitæ, & nunc quoque quum creſcimus, vita decreſcit*, quiſnam hominum integram valetudinem recuperaturus, vel morte extremum diem ſit confecturus, indeque quilibet exquiſitiſſima adhibeat remedia, medicoſque artis eximiæ, aut medicina in vniuerſum hac neque probabili, neque ſatis idonea cauſa, corporiſque alimenta omnia e medio eſſent tollenda. Deus vero prohibeat a nobis tam impias mentes! Eſtne adhuc aliquid vltra, quo progredi poſſit amentia? Eia, haud ſic decet! Faceſſite igitur hinc ocius talia inepta, & abſurda ſtatuentes, ac liberate emunctæ naris hominum oculos! Mihi ſane neutiquam arridet tam abſona ſententia, & canente (*b*) *Claudiano*.

An-

(*a*) Epiſt. 24. (*b*) De Prob. & Olybr. conſ. v. 169. ſeqq.

Digitized by Google

Ante dabunt hyemes Nilum per flumina damæ
Errabunt, glacieque niger damnabitur Indus,
Ante Thyeſteis iterum conterrita menſis
Intercisa dies refugos vertetur in ortus,

quam ſit arriſura, ideoque in ea manentes non modo improbos, (*a*) mendacii vtentes præſidio, & in falſo latitantes, ſed improbiſſimos, etiamſi in Chriſtiana familia nati ſint, appellandos puto. Quippe oblatis legitimis adiumentis fruens auguſtiſſimum cœli imperatorem non tentat, nec prouidentia diuina vſum tollit ſubſidiorum. Quin potius cauſarum ſecundarum ope Ioua ſolet operari, &, niſi illis quiſpiam vtatur præmaturam mortem ſibi accerſit, ſicut qui ex ſe *Plautina* (*b*) phraſi vnam fecit litteram (*c*) longam, laqueoque collum obſtrinxit, aut ſe ipſum gladio transfixit, & manus ſanguine cruentauit, vel veneno, aliterque interemit, vitæ ſuæ vim intulit, fataque abrupit, quæ diuturniora eſſe potuerant. In actis (*d*) Apoſtolorum legimus, Deum

 Pau-

(*a*) Ieſ. c. 28. v. 13. (*b*) In Aulular. act. 1. ſcen. 1. v. 38. 39. (*c*) De hac conſule, ſis, terſiſſimas Frid. Taubm. notas p. 145. & ex elegantiſſimis tibi ſatisfaciet auctoribus. (*d*) C. 27

neglige, & ipſe te ſanabit. Amoue culpam, rectas habe manus, ab omni peccato cor tuum expurga. Da medico locum, utpote cuius auctor eſt Dominus, qui creauit ex terra medicamenta, quæ prudens homo non faſtidit. Medicina eſt a ſupremo, & hic medico ſecundat lenimentum, & vitæ gratia ſanationem. Neſcimus inſuper, etſi *quotidie*, arbitrio (*a*) *Senecæ moriamur*, dum *quotidie demitur pars vitæ, & nunc quoque quum creſcimus, vita decreſcit*, quiſnam hominum integram valetudinem recuperaturus, vel morte extremum diem ſit confecturus, indeque quilibet exquiſitiſſima adhibeat remedia, medicoſque artis eximiæ, aut medicina in vniuerſum hac neque probabili, neque ſatis idonea cauſa, corporiſque alimenta omnia e medio eſſent tollenda. Deus vero prohibeat a nobis tam impias mentes! Eſtne adhuc aliquid vltra, quo progredi poſſit amentia? Eia, haud ſic decet! Faceſſite igitur hinc ocius talia inepta, & abſurda ſtatuentes, ac liberate emunctæ naris hominum oculos! Mihi ſane neutiquam arridet tam abſona ſententia, & canente (*b*) *Claudiano*.

An-

(*a*) Epiſt. 24. (*b*) De Prob. & Olybr. conſ. v. 169. ſeqq.

Digitized by Google

Ante dabunt hyemes Nilum per flumina damæ
Errabunt, glacieque niger damnabitur Indus,
Ante Thyeſteis iterum conterrita menſis
Interciſa dies refugos vertetur in ortus,

quam ſit arriſura, ideoque in ea manentes non modo improbos, (*a*) mendacii vtentes præſidio, & in falſo latitantes, ſed improbiſſimos, etiamſi in Chriſtiana familia nati ſint, appellandos puto. Quippe oblatis legitimis adiumentis fruens auguſtiſſimum cœli imperatorem non tentat, nec prouidentia diuina vſum tollit ſubſidiorum. Quin potius cauſarum ſecundarum ope Ioua ſolet operari, &, niſi illis quiſpiam vtatur præmaturam mortem ſibi accerſit, ſicut qui ex ſe *Plautina* (*b*) phraſi vnam fecit litteram (*c*) longam, laqueoque collum obſtrinxit, aut ſe ipſum gladio transfixit, & manus ſanguine cruentauit, vel veneno, aliterque interemit, vitæ ſuæ vim intulit, fataque abrupit, quæ diuturniora eſſe potuerant. In actis (*d*) Apoſtolorum legimus, Deum

 Pau-

(*a*) Ieſ. c. 28. v. 13. (*b*) In Aulular. act. 1. ſcen. 1. v. 38. 39. (*c*) De hac conſule, ſis, terſiſſimas Frid. Taubm. notas p. 145. & ex elegantiſſimis tibi ſatisfaciet auctoribus. (*d*) C. 27

Paulo naufrago, iactatoque cum variis caſibus, tum ſæuitia profundi æquoris capita ducenta ſeptuaginta ſex in nauigio contenta condonaſſe, & licet promiſſum hocce eſſet certiſſimum, quum altiſſimus (*a*) mentiri nequeat, ipſe tamen ordinaria ad conſeruandum apta tela non neglexit, & centurioni, militibuſque dixit: niſi nautæ effugere conantes, & ſcapham in mare demittentes manſerint in naui, vos euadere non (*b*) valetis, nec eritis amplius *digitis a morte remoti quatuor*, *aut ſeptem* quemadmodum (*c*) *Iuuenalis* ligni dolati craſſitudinem nitide deſcribit, (*d*) *Furnabiuſque* refert, *Anacharſem*, vbi eandem didiciſſet, τοσοῦτον exclamamaſſe τοῦ θανάτου οἱ πλέοντες ἀπέχουσι. Præterea haud pauci, vt infirmus aduerſariorum defenſionis mucro vlterius eluceat, patrias ſedes relinquentes ſingulari Dei gratia ſalui, & incolumes euaſerunt, nec fugæ pœnas ſoluerunt, aut in eos quid grauius eſt ſtatutum, vnde nunquam ſatis laudandum digne illud: *a poſſe ad eſſe non valet conſequentia*. Sed da, ac pone, vnum, aut alterum fugitiuum, *equum*

(*a*)

(*a*) Ad Hebr. c. 6. v. 18. (*b*) Conf. Ioh. Mich. Dilherrn etliche zu Nürnberg 1658 gedruckte Wochen- und Sonntags-Predigt vom Tod-Gericht/ und Hölle p. 334. ſeqq. (*c*) Sat. 12. v. 58. 59. (*d*) In not. ex Laertii l. 1.

Digitized by Google

(*a*) *Seianum* habentem miſerias, & ærumnas, malaque, vti Metaphyſici (*b*) loquuntur, pœnæ introducta præter naturam preſſisſe! Eho dic, quid inde ſequetur? Scriptum quidem reliquit *Macrobius in Saturnalibus* plebeia ingenia magis exemplis, quam ratione duci, *Martinusque* (*c*) *Chemnitius* ex *Leone* adſtruit, validiora eſſe exempla, quam verba, verum tale argumentum *ab inductione*, ſicuti inter Logicæ ſtudioſos conſtat, nullius eſt momenti, eoque nihil probabis, quoniam (*d*) *Virgilii*, qui (*e*) *Scaligero* ſolus poëtæ nomine dignus videtur, & *Velleio* (*f*) *Paterculo* carminum dicitur princeps, verſibus

Dum iuga montis aper, fluuiosq; dum piſcis amabit,
Dumque thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ,

tibi erit ἀδύνατον ſubiungere: *nec poteſt dari diſſimile exemplum*, vltimoque eueniet, quod in genere, forma, celſitudine corpoporis, optimis ſtudiis, maximoque ingenio au! quondam inſtructiſſimi *G. Franc. de* (*g*) *Franckenau* prouerbio verſatur,

 Di-

(*a*) Gellius l. 3. c. 9. (*b*) Vid. M. Andr. Reyher. margar. philoſ. in annul. ſynopſ. methaph. p. 19. (*c*) Loeor. comm. p. 3. (*d*) Eclog. 6. v. 76. 77. (*e*) L. 3. poët. c. 2. (*f*) L. 2. c. 36. (*g*) In Palingeneſ. Francic. §. 43.

Digitized by Google

Dico ego, tu dicis, ſed denique dixit, & ille
Dictaque poſt toties nil niſi dicta uides.

Haud quoque mirandum, quod non inducar ad credendum, remanentes ideo ſeruatos, nec ab oculis mortalium ipſos naturam amolitam fuiſſe, quia tam auide manifeſto periculo obtulerunt, corpora, & obſtinatiſſime egregia recuſarunt adminicula. Potius adfirmare ſuſtineo, cœleſtem patrem a muris, tectis, & perſonis ipſorum peſtem clementiſſime remouiſſe;, quoniam neceſſitate muneris coacti, vel pietate erga parentes, & coniuges (*a*) porphyrione, (*b*) Hippolyto, ac (*c*) Melanione caſtiores,

--- --- quorum de pectore mixtæ
In longum coire faces, ſanctuſque pudicæ
Seruat amicitiæ leges amor

vt (*d*) *Statius* canit, aut alios ſanguine coniunctos, ac in paucis caros officium conſeruare moniti remanſerunt. Quando melioris propoſiti conſcientia quemlibet fœdiſſima lue correptum, & haud procul a morte exiſtentem efflare animam poſſe, quam fugere ſtatuunt, ipſorum

(*a*) C. A. Rupert. Mercur. epiſt. p. 476. (*b*) Martial. l. 8. ep. 46. (*c*) C. A. Rupert. M. E. l. c. (*d*) L. 2. ſylv. carm. 2. v. 143.

Digitized by Google

rum quidem ſequor ſententiam, ſed eodem argumento fuga ſimpliciter, & abſolute non damnatur, niſi infirmari debeat ἡ ἀλήθεια, quæ *Democriti* ſecundum (*a*) *Lactantium* inter Chriſtianæ veritatis adſertores, ſicut *Cæl.* (*b*) *Rhodiginus* ſcribit, eloquentia maxime illuſtrem ſtulta querela ἐν βυθῷ κεῖται in puteo quodam ſic alto, (*c*) vt fundus ſit nullus. Veritas certe, etiamſi verbis (*d*) *Tullii* non iucunda, mihi tamen grata exiſtit, ac ex mente (*e*) *Propertii*

Terra prius falſo partu deludet arantes,
Et citius nigros ſol agitabit equos:
Fluminaque ad caput incipient revocare liquores,
Aridus & ſicco gurgite piſcis erit,

quam ab ea tranſuerſum, vt in prouerbio eſt, vnguem compoſito recedam (*f*) *Anaxagoræ* enim pronuntiatum, circumfuſa exiſtere tenebris omnia deteſtor, (*g*) *Empedocliſque* anguſtas ſenſuum ſemitas reiicio, ac belle (*h*) *Firmianus*, iudicio *Io. Franc. Pici* (*i*) *Mirandulani* Cicero Chriſtianus, per iocum facetiarum plenum

(*a*) De falſ. ſapient. l. 3. c. 28. §. 13. (*b*) Antiq. Lect. l. 10 c. 18. (*c*) Conf. Cicer. 1 academ. c. 12. & Laertius in vit. (*d*) Ad Attic. l. 3. ep. 24. (*e*) L, 2. eleg. p. 203. (*f*) Lactant. de falſ. ſap. l. 3. c. 28. §. 12. (*g*) Ibidem. (*h*) l. c. (*i*) De ſtud. diu. & hum. philoſoph. c. 7.

num dicit vltimo ad cogitandum rheda, & quadrigis opus eſſe. Utrum vero *Dauidis* electio omnino notanda ſit, candidiſſimo calculo, an animo adſcribenda, & tribuenda metu, ac terrore perculſo, atque proſtrato ? nec ſatis ſcio, nec ſi ſciam dicere auſim. Minime enim *C. Velleii* (*a*) *Paterculi* opinione iuſtus ſine mendacio candor apud bonos crimini eſt. Interim problema hocce *Melchior* (*b*) *Iunius*, Argentinenſi in academia eloquentiæ Profeſſor olim facundiſſimus, & *M. Iac.* (*c*) *Reneccius*, S. Hamburgenſis Catharinæ eccleſiæ Paſtor ſuo arbitratu dilucide, plane, ac diſerte explicauerunt. Nemo igitur mihi vitio vertet, ſi curioſos ex prioris potiſſimum exercitii theologici, vtrum inter principes illas pœnas, quarum a Domino eligendi data optio, ſoluta, liberaque Dauidi fuerit, recte idem peſtem bello, ac fami prætulerit? Orationibus tribus repetere iuſſero, quæ hic videntur deſiderari. Præterea, quod Chriſto addicti, & vera fide conſpicui mortem reformidare non debeant, *Iac.* (*d*) *Primeroſio* breuiter illuſtrante, verbis-

(*a*) Hiſtor. l. 2. c. 116. §. 5. (*b*) Exercit theolog. &c. orat. trib. tom. 1 p. 223. ſeqq. (*c*) Contag. peſtilent. & remed. ſpirit. homil ſecund. ſup. pſalm. 91. (*d*) L. 2. c. 8. de vulg. errorib. in medicin.

biſque definiente ita intelligatur, *non eſſe deſpondendum mortis metu animum, neque, vt mors euitetur, peccata admittenda, & demum in morte ſi declinari vllo modo nequit, non deſperandum eſſe.* Homines iſtos, qui ratione arctiſſimæ propinquitatis, & officii remanere, ſuorumque extremum ſpiritum excipere debuiſſent, nunquam tranquillæ mentis conſcientia frui poſſe, & ſemper ſe ad triſtiſſimas cogitationes verſare, ſuorum conditionem adflictam dolere, ac ex ipſorum incommodis, miſeriiſque magnam animis aliud atque aliud ſubiicientibus moleſtiam capere concedo, reliqui vero laudabiliter fuga ſalutem petere queunt, nec opus eſt, vt exemplo Chriſtianorum Alexandrinorum, de quibus (*a*) *Euſebius* meminit, apud peſte correptos commorentur, ipſos quotidie inuiſant, ac conueniant, neceſſariis procurent, cupidis amplectantur lacertis, atque (*b*) oſculentur, adeoque heroicam exerceant caritatem.

(*a*) Hiſt. eccleſ. l. 7. c. 21. (*b*) Moris fuit antiqui, oſculo excipere morientes, quod *Kirchmannus* de funer. l. 5. exemplis probat Liuiæ auctore *Suetonio* in D. Octav. Auguſt. c. 99 Dryadiæ Paullini filiæ apud *Auſonium* Parental. 23. ac aliorum, quorum nominibus abſtineo, quoſque in præſentiarum referre præceps prohibet feſtinatio me rotæ, proniue gurgitis, ac verticis modo nuſquam permittens conſiſtere, & proinde ſtudioſos antiquitatis ad illum delego.

tem. Et quamuis eodem modo erga amicum affecti eſſe debeamus, quo erga noſmet ipſos, dum (*a*) on connoit la grandeur, & la qualité de l' amour, qu' on a pour ſon prochain, amor tamen τȣ̃ πλησίȣ non euertit amorem noſtri, qui omnibus edicente (*b*) *Ioanne Sareſberienſe* non tam cognatus, quam innatus, ac recte (*c*) *Gellius* vetuſtati conditum mandauit: nihil quicquam eſt carius, penſiusque nobis, quam noſmet ipſi. Minime etiam ex (*d*) œconomicis nos fugit charitas, qua frugi paterfamilias domeſticorum animos ſibi deuinctos reddere, vicinorumque benignam habere rationem debet belle ſecum penſitans, ſi probos cum (*e*) *Themiſtocle* nactus fuerit, magnum ſe poſſidere bonum, contra ſi malos, in continuas ſe incurrere difficultates, & cruciatus *Floriani* (*f*) *Shari*, equeſtris ordinis viri, multis vulneribus debilitati, corpore reſupinato iacentis, & ilia per vulnus effluentia manibus cohibentis doloribus acerbiores ſuſtinere ſecundum vetuſtate, ac ſermone tritum ex (*g*) *Heſiodo*, *C. Velleio* (*h*) *Paterculo* perele-

(*a*) Conſ. la Vie de Madame Helyot. II. part. chap. 8. (*b*) Policratic. l. 3. c. 3. p. 131. (*c*) L. 12. c. 5. (*d*) Synopſ. œconom. Reyh. p. 711. (*e*) Stob. ſerm. 35. (*f*) Ant. Walter. gnomolog. hiſt. prouerb. p. 127. (*g*) Oper. & dier. v. 344. (*h*) Hiſt. l. 1. c. 7.

Digitized by Google

elegantis ingenii, & molliſſima dulcedine carminum memorabilis vates audiente deſumtum prouerbium πῆμα κακὸς γείτων, vndeque haud ſine cauſa *Nitheus* (*a*) *Arbelites* imperat: הַרְחֵק לְשָׁכֵן רָע verum ea ipſa non tam longe euagatur. Nam gignitur quidem a natura ſenſus diligendi, & beneuolentiæ caritas facta ſignificatione probitatis, ingenuitatis, virtutiſque, ac hanc, qui appetiuerunt, ſeſe applicant, & propius admouent, vt & vſu eius, quem diligere cœperunt, fruantur, & moribus, ſintque pares in amore, & æquales, ſed ordinaria caritas incipit a ſe ipſa. Poſſem hanc pluribus iam cum *D. Iouchimo* (*b*) *Hildebrando* ex (*c*) *Auguſtino* perſequi; at ohe! & latius enarrandam noſtræ ſcripturæ modus non recipit, eaque, quæ uſque huc protuli, fuiſſe ſentio longiora. Et vbi ſenſus fidem facit, ibi (*d*) *Auicennæ* a *Melchiore* (*e*) *Sebitzio* laudata regula opus non eſt rationibus. Ἀῤῥωςία enim mentis exiſtit, (*f*) *Ariſtotele* adſerente, ea negare, quæ ſenſu percipiuntur. Quamobrem L. B. vt extremum habeat aliquid conſultatio mea, & vt

(*a*) In capitul. patr. p. 2. (*b*) In der Frage: obs recht ſey in Todes-Gefahr / ſonderlich in der Peſt-Zeit zu fliehen? p. 130. ſeqq. (*c*) De doctr. Chriſt. l. 1. c. 23. (*d. e*) Diſſert. de acidul. 1. ſect. 1. poſit. 43. (*f*) L. 8. phyſ. c. 3.

vt ego ante ſcribendi finem faciam, quam tu attente legendi, inprimis admonente promiſſæ breuitatis fide, quanto omnia tranſcurſu ſint proponenda, concludo, hominem, cui antiquiſſima eſt cura ſui ipſius, ſuorumque ſalus, quique negligit nullum tempus neque diurnum, neque nocturnum, quin de hac, quod cogitandum, cogitet, quod agendum, faciendumque id non modo non dimittat, & recuſet, ſed appetat etiam, atque depoſcat, omnino peſtem fugere poſſe, atque debere. Nec perſequenda ſunt veſtigia generoſisſimi adoleſcentis, & equitis, Marc. Curtii, qui ingruente anno mundi milleſimo ſexcenteſimo vndecimo Romæ maxima peſtilentia, & abrupto per medium forum ingenti ſpecu, reſponſoque (*a*) oraculi accepto, ſummum, quod in vrbe bonum deprehenderetur, illi barathro vouendum eſſe, & tum omnia ibidem conſopitum, ac ſalutem reparatum iri cataphractus, & politiſſimis inſtructus armis in equum præualentem, ferocem, bracteatum, ac frena ſpumantia mandentem adſcendit, & ſe ſubditis calcaribus, & laxatis, ac effuſis habenis ſponte in hiantem terram immiſit, vt ſuos ex calamitate ſaluos redderet, poſteaque ab ipſo hia-

(*a*) Liuius l. 7. decad. 1.

hiatus ille Curtii lacus nomen traxit, quemadmodum Ariſtides apud *Plutarchum in parallelis* docet, licet nonnulli de hoc lacu, in quem omnes ordines, *C. Suetonio* (*a*) *Tranquillo* ſcribente, quotannis ex voto pro Auguſti ſalute ſtipem iecerunt, ac de appellationis cauſa alia afferant, (*b*) *Varroque* non tantum, ſed (*c*) *Dionyſius* eitam *Halicarnaſſenſis*, itemque (*d*) *Plutarchus* pugnam cum Sabinis exponens vberiora ſuppeditabunt. Multo minus inconſideratiſſima veſania aliquorum arrideat Maſſilienſium Tragico *Oreſte* aut *Athamante* dementiorum, & (*e*) *Seruio* auctore peſtis tempora verbera, ſupplicia, cunctaque aſpera, & difficilia perpeſſu haud grauatim perferentium, nec non mortem libenter occumbentium, vt ita commodis patriæ, ac reipublicæ ſeruiant, vitæque ſocios lue liberent ſæuiſſima. Interea nolite, quicunque vitam præſidio fugæ defendere cupitis, omnem, ſi ſaniora conſilia pati poteſtis, ſpem in ea ſola defigere & collocare, quia ipſa, Deo non fortunante, vobis male cedet, & recte χωρὶς μὲν Θεῦ inquit (*f*) *Maximus* ὐδεὶς βροτὸς ἐυτυχεῖ. Videte,

G ne

(*a*) In Div. Octav. Auguſt. vit. c. 57. Vid ibi Caſaubonum. (*b*) L. 6. de L. L. (*c*) L. 2. (*d*) In vit. Romul. (*e*) In Virgil. l. 3. Æneid. v. 52. (*f*) Serm. 8.

ne patriis e ſedibus excedendo Carthaginienſium fratres, ac amicos horreſcentium, ceu *Diodorus* (*a*) *Siculus* tradidit, Romanorumque metu fractorum, ægros haud bene curantium, mortuoſque minime humantium, quemadmodum, (*b*) *Liuius* docuit, veſtigia prematis, & vlla caritatis officia deſeratis, vel aliquam munerum, ad quæ acceſſiſtis, partem nudam, atque inanem relinquatis. Audite, & meditamini verbum Dei continuo, & diſcite ex eo (*c*) τὸ γνῶθι σεαυτὸν, ac quomodo corporum cuſtodiis liberati ex longa mundana nauigatione venire in optatiſſimum cœleſtem portum, & ibi æuo ſempiterno frui queatis. Pœniteat vos male actæ vitæ, quoniam (*d*) *Iuuenalis* effato *nemo malus felix* eſt, & non

--- præcedenti ſpectetur mantica tergo,

vt (*e*) *Perſius* canit, ſed redeatis in viam rectam, dum (*f*) *Senecæ* eloquio

--- ſera nunquam eſt ad bonos mores via,

&

(*a*) In Bibl. l. 14. part. 2. (*b*) Hiſt. Decad. 5. l. 1. p. 23. (*c*) De hoc lege, ſis, Platon. in Charmide, & de nat. hom. Anton. Zimaram libr. problemat. Ciceron. l. 1. de legib. l. 3. ad Attic. ep. 33. Iuuenal. ſatyr. 2. Ouid l. 2. art. am. Auſon. Idyll. 4. Plin. l. 7. c. 32. Macrob. 1. Satur. c. 6. Manut. in adag. p. 279. Eberh. a Weyhe diſcurſ. de ſpecul. origin. vſu, & abuſ. apud Caſp. Dornauium in Amphitheatr ſapient. Socrat. ioco-ſer. tom. 1. p. 738. & Anton. Walterum in gnomolog hiſt. prouerb. p. 42. (*d*) Sat. 4. v. 8. (*e*) Sat. 4. A 24. (*f*) In Tragœd. Agamemn. act. 2. v. 240.

Digitized by Google

& optimum exiſtit refugium pœnitenti mutatio praui conſilii, & conuertatis vos ab errore ad veritatem, ac a mundo ad Deum, erigatiſque vos ad viuam ſpem æternæ felicitatis. Tantum vobis dolorem, cruciatumque adferant errata ætatis veſtræ, vt non ſolum animi a factis, ſed aures quoque a commemoratione abhoreant, & quamuis errraueritis, temere feceritis, lapſi fueritis, & pernicioſis (*a*) iniuſtitiæ viis plane incedentes inuias peragraueritis ſolitudines ignari luminis iuſtitiæ, ac ſolis prudentiæ, ac diuinam confugite clementiam, quum aditus miſericordiæ Numinis ſupremi nemini ſit præcluſus. Quærite, dum (*b*) omnia veſtra delectamenta præterierunt tanquam vmbra, aut prætercurrens nuncius, ac veluti nauis fluctuantem aquam permeans, cuius elapſæ veſtigium inuenire non eſt, vel meatus notam in fluctibus, (*c*) proſeucham,

 ſe-

(*a*) Sapient. Salom. c. 5. v. 7. 8. (*b*) Ibid. v. 10. (*c*) Iuuenal. ſat. 3. v. 296. hicque curſim attingimus ex Voſſio l. 4. inſtitut. orat. p. 91. olim proſeuchas non aliud fuiſſe, quam ædes ſacras, quas Romæ, & Alexandriæ, ac in aliis vrbibus plures habuere Iudæi precationibus deſtinatas. Quando in quibusdam oppidis nullæ eiuſmodo ædes inueniebantur, populns in littora proxima ſecedebat, vt ibi oraret, quæ loca & ipſa ſic appellata ex Actis Apoſtolorum c. 16. v. 13. in promtu eſt: ac inde littorales orationes apud *Tertullianum* l. 1. ad Nationes c. 13. appparent. *Ioſephus*, cuius verba *Leopardus* notauit l. 3. Emendat. c. 4 pro-

ſeceſſum pietatis exercitiis aptum, & fundite (*a*) explorantes, perſcrutantesque mores veſtros ardentes ſacrificio Seruatoris veſtri nixas preces in ſpiritu, (*b*) & veritate pro obtinendo beato vitæ, mortiſque (*c*) exitu. Quem appelletis? quem obteſtemini? quem imploretis? neminem quam Deum habetis T.O.M. isque inuocantes (*d*) exaudit, & ex omnibus eripit anguſtiis, quid? quod eiusdem ortus (*e*) ſeſe orantibus tanquam auroræ compoſitus eſt, illiſque veniet vt pluma, vt irrigans terram imber ſerotinus. Ad hunc flocci habito Philiſtæorum Numine (*f*) Dagon, contemto Naëmanis primo aſylo (*g*) Rimmon, neglecto idola colentium ſacerdotum (*h*) Baale, ſordeſcente Nebucadneſaris magno (*i*) aureo vitulo, abiectis nautarum ob Ionam pæne naufragium facientium commen-

proſeucham μέγιςον ὄικημα vocat πολὺν ὄχλον ἐπιδέξαϑαι δυνάμενον, hancque cum ſynagogis eandem exſtitiſſe obſeruat *Grotius* ad c. 4. Matth. v. 23. Maſſalianorum autem proſeuchas πολυμαλής, & curioſus offendere poteſt in *Epiphanio* contra hæreſes hæreſ. 30. *Scaligeri* Elench. trihæreſ. Serrarian. c. 28.31. ac *Sam. Petito* l. 9. var. lect.

(*a*) Ierem. lament. c. 3. v. 40. (*b*) Ioann. c. 4. v. 23. (*c*) Conf. ars. art. & ſcientia ſcient. *D. Caſp. Finckii*. (*d*) Pſalm. 34. v 18. (*e*) Oſeas c. 6. v. 3. (*f*) 1 Sam. c. 5. (*g*) 2 Reg. c. 5. (*h*) 1 Reg. c. 1. v. 26. (*i*) Dan. c. 3. v. 1.

mentitiis, & fictis (*a*) Diis, pro nihilo ducto Athenienſium (*b*) ἀγνώςῳ Θεῷ, ſpretoque Lacedæmoniorum (*c*) oraculo, quaſi ad ſacram ancoram oculos, animoſque cum (*d*) palmis attollatis, & huic ſalutem veſtram, quæ ſpe exigua, extremaque pendet, vnice commendetis, ac committatis. Ne vero imbecillium animorum inſtar ſuperſtitioſa concipiatis, ac vti anni milleſimi ſeptingenteſimi decimi tertii die decimo tertio menſis Auguſti acta publica Colonienſia nos Vindebona docuere, Caſſianum veluti patronum in tribus capitalibus pœnis, ac malis bello, fame, & peſtilentia colatis. Nec hiſtoriæ anili fidem habeatis, quod huius ſancti patrocinio vrbs Imola, quum ibi oſſa, & reliquiæ ipſius pompa portarentur, a lue fuerit ſeruata. Multo minus *Ioannis* (*e*) *Pierii Valeriani* Sebaſtianum, tanquam Diuum tutelarem aduerſus peſtilentiam eligatis, & *Gregorii Magni* ita dictam *ſeptiformem* (*f*) *Litaniam* cantelis, quia

(*a*) Ion. c. 1. v. 5. (*b*) Act. c. 17. v. 22. (*c*) Cœlius l. 13. c. 24. Antiq. Lect. (*d*) Ierem. lament. c. 3. v. 41. (*e*) Pier l. 24. hierogl. (*f*) Græcum nomen λιταvία ad publicas rogationes, & ſupplicationes in eccleſiis translatum eſt, & Latinitate donatum *Sidonio* l. 5. epiſt. 7. itemque Bedæ, ac aliis. De re autem ipſa videatur allegatus *Sidonius* dicti libri ep. 14. ibique Sauaro. Conf. & Walafridum Strabonem de rebus eccleſiaſtic. c. 28.

viuente adhuc iſto ſexageſimo quinto Romanorum Papa inter obambulandum & cantandum Romæ vna hora octoginta homines vitam (*a*) reddiderunt. Remittite debita mortalibus, augete eccleſiis, ac earum parti pretioſiſſimæ, vti *Philipp.* (*b*) *Melanchthoni* audiunt, ſcholis officia præſtita inſigni liberalitate, & ne vnius quidem aſſis æſtimato duro Eucione, cuminique ſectore leuate opibus veſtris aliorum inopiam, oſtendentes, vos τὰ κτήματα, καὶ τὰ χρήματα habere. Egregium enim expiationis ſacramentum eſt (*c*) ἡ ἐλεημοσύνη, quæ vox ex Ebraiſmo ad Græcos, eoſque ſacros ſcriptores teſte (*d*) *Vorſtio* manauit, vt ſtipem pauperibus miſericordiæ adfectu dandam ſignificaret, & in diuinis oraculis magnipenditur. Ita (*e*) *Daniel* regem Babylonis docuit, vt benefaciendo egenis peccata redimeret, & (*f*) *Tobias* pater filio indicat, quod larga, (*g*) *Cypriani* vocabulo, operatio liberet ab omni (*h*) *peccato*, ac morte, vitamque reddat longiorem, (*i*) *Siracides* etiam declа-

(*a*) Heinrich Anshelm von Ziegeler / und Kliphauſen in ſein. täglich. Schau-Platz der Zeit p. m. 248. die 12. menſis Martii. (*b*) Tom. 5. intimat. c. 5 (*c*) De eleemoſ. leg. D. Io. Taffin. in metanœa l. 2. c. 11. p. 212. 218. (*d*) Ebr. N.T. part. 1. c. 2. extr. (*e*) c. 4. v. 24. (*f*) c. 4. v. 11. (*g*) De oper. & eleemoſyn. c. 9. (*h*) Cicer. extrem. Verrin. de Sicil. iuriſdict. ac Gellius l. 13. c. 20. (*i*) c. 3. v. 33.

Digitized by Google

clarat eleemonſynam a vulgato interprete cum æqualibus [*a*] *Tertulliano*, [*b*] *Hieronymo*, & aliis in ciuitatem Latinam eccleſiaſticam receptam inſtar aquæ ignem extinguentis culpam, & crimina ſupprimere. Quin imo ſuauiſſimus Ieſus [*c*] eandem vehementer commendat, & iudicaturus olim viuos, ac mortuos opprobrabit damnatis neglecta miſericordiæ opera, dum in apertiſſima erumpet [*d*] verba: eſuriui, & ſitiui, ac mihi non dediſtis manducare, nec bibere, alioque [*e*] loco, quod præſtitiſtis vni meorum fratrum e viliſſimo ſanguine, id mihi feciſtis, tuncque conſcientia ferreorum, ac durorum animorum attoniti, licet alioquin, [*f*] *Appiano* cenſente, miſeriæ loquaces faciant, & miſeris modum verborum tenere difficile ſit, *Tacituſque* [*g*] putet mœſta, vbi ſemel prorupere, difficilius reticeri, non attollere oculos, non hiſcere audebunt. Idem quoque [*h*] *Henr. Corn. Agrippæ a Nettesheym* ſenſiſſe videtur Homerus, vbi introducit iuuenem ad Antinoum procum dicentem: *Antinoe non quidem pulchre cecidiſti miſe-*

(*a*) De patient. c. 7. (*b*) Epiſt. II. (*c*) Matth. c. 6. v. 1. 2. 3. 4. (*d*) Matth. c. 25. v. 42. (*e*) Ibid. v. 40. (*f*) De B. Punic. in orat. Hannov. p. 79. (*g*) Annal. IV, 69. (*h*) L. 3. de occult. philoſoph. c. 56.

Digitized by Google

ſerum mendicum, perdet te, ſi vſquam Deus ſupracæleſtis eſt, nam & Dii alienis hoſpitibus aſſimilati in vniuerſum exeuntes ciuitatis euertunt, hominum iniurias ſimul, & nefas aſpicientes. Profitemini ſemper Chriſti crucem, & in eius morte exultate, ac mentes veſtras ſacræ cœnæ vſu confirmantes, voſque lecto aptantes funebri fiduciam ponite, (*a*) *Paracelſi* verbis, in miſericordia Dei, donec ex gratia medicinam indulgeat; nam recte *Gregor.* ait (*b*) *Horſtius*: genuinum alexipharmacum peſtis apud Deum ſolum repoſitum cum *Cratone* credo, & cum *Heurnio* ingenue fateor, quod in peſte nihil peſtilentius multis remediis. Si quoqne contingat, vt aliquis veſtrum alibi locorum lue iſta, quæ non ſenibus, non fœminis, non infantibus, ac liberis e complexu parentum abreptis, effuſiusque flentibus parcere ſolet, cuiuſque præter cætera mala nobilitatur crudelitas, laborare incipiat, ſtatim, & ratione adhuc integra, quum ſecundum (*c*) *Senecam* in tota vita diſcendum ſit mori, & eloquio (*d*) *Ciceronis* æquiſſimo animo moriatur ſapientiſſimus quiſque, ſtulquiſque, ſtultiſſimus iniquiſſimo, rem con-

(*a*) L. 2. de peſt. c. addit. p. 224 (*b*) Pract. l. 7. (*c*) L. de breuitat. vit. c. 7. (*d*) De ſenect. c. 23.

conſtituat domeſticam exemplo *Ezechiæ* lethaliter ægrotantis, hocque præceptum ab (*a*) *Eſaia* vate Amoſi filio obtinentis, & Deum non [*b*] ore accedat, & labiis honoret, ſed anima, demiſſisſimeque [*c*] *Claudiani* verſu vtatur;

En adſum veniam confeſſus crimina poſco!

Nam, docente [*d*] *Ambroſio*, nihil eſt, quod pudori eſſe debeat, niſi non fateri peccata, quum ſimus omnes peccatores, vbi ille laudabilior, qui humilior, ille iuſtior, qui ſibi abiectior. Recordetur [*e*] *Perſii* præceptum;

--- --- --- ne te quæſiueris extra!

& monitum cuculi vti Græcis κόκκυξ, ita Germanis Kuckuck dicti, ac cum nomine, tum coccismo ſuo crebriori velut Kick ihn ſerio commendantis, nec non [*f*] *Horatii* effatum;

--- --- --- --- --- te ipſum
Concute, num tibi quid vitiorum inſeuerit olim
Natura, aut etiam conſuetudo mala, namque
Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.

Quid? quod confeſtim verbi diuini mi-

G 5 ni-

(*a*) c. 38. v. 1. (*b*) Matth. c. 15. v. 8. (*c*) In Epiſt. ad Hadrian. v. 12. (*d*) L. II. de pœnit. c. 10. (*e*) Satyr. I. v. 7. (*f*) Sermon. l. 1. ſatyr. 3. v. 34. ſeqq.

Digitized by Google

niſtrum vocandum curet, vt ſe, dum ad extrema peruentum eſt & in vltimis exiſtit, ἐφωδίῳ ſacro inſtruat ac blande conſoletur, quoniam ex ſententia (*a*) O*uidii*;

Temporis officium ſolatia dicere certi
eſt,
Nec ſi (*b*) ſcelus admittis, ſi conſoleris
amicum,
Mollibus & verbis aſpera facta leues.

Sic exonerata probe conſcientia pretioſum illud, vt (*c*) *Ignatius* eleganter nominat, φάρμακον ἀθανασίας, ἀντίδοτον τοῦ μὴ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ζῆν ἐν Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καθαρτήριον ἀλεξίκακον nanciſcetur, atque deficiente anima poterit, ex hoc commorandi diuerſorio alacer tanquam ex hoſpitio miſeriarum, & incommodorum pleniſſimo egredi, ac lætiſſime ad futuram vitam, veluti ad patriam euolare. Præcipue L. B. pectus pacatum cuſtodiendum eſt, ne abſtruſo flagret incendio, doloribuſque laceretur, & corpora idoneis antidotis tuenda, ac medicamentis expertiſſimis ſunt curanda, hicque ſua laude fraudare nequeo *antidotarium peſtilentiale* lingua vernacula olim a *Ioanne Rhenano* in lucem emiſſum, poſtea vero in Latinum ſermonem per *Fridericum Vogt* medicum Haſſum belle transla-

(*a*) L. 4. de pont. eleg. 11. (*b*) Idem l. 3. de pont. eleg. (*c*) In epiſt. ad Epheſ.

latum, nec non *conſilia antipeſtilentialia* Lipſienſe, Vratislauienſe, *Rottendorffii*, & Magnifici *Wedelii. Præſeruatio autem* teſte *Petr* (*a*) *Foreſto præclarior ipſa curatione exiſtit, dum multo præſtat morbum prorſus non admittere, quam admiſſum expellere, quemadmodum gubernatori nauis,* qui, vt (*b*) *Seneca* ſcribit, freta

Rate fragili perfida rupit
Terraſque ſuas poſt terga videns
Animam leuibus credidit auris,
Dubioque ſecans æquora curſu
- ---- tenui fidit ligno
Inter vitæ, mortiſque vias
Nimium gracili limite ducto,

longe præſtabilius eſt, ante tempeſtatem exortam portum ingredi, quam fluctuatum, periclitatumque a mari euadere. Matutino tempore butyrum cum pane comedendum, vti adæquatum auræ peſtilentis corrigendæ remedium (*c*) *Hoeferus* commendat, poteruntque illi imponi hiera picra *D. Io. Mich.* (*d*) *Fehr*, aut ſuaſu (*e*) *Diemerbroeckii* caſeus ouillus viridis, vel folia rutæ hortenſis, de qua *Caſp.* (*f*) *Dornauius* cum *Petr.* (*g*) *Lotichio* canit;

vti-

(*a*) L. 24. obſeru. med. 18. (*b*) Med act. 2. v. 301. ſeq. (*c*) Herc. Med. l. 2. c. 11. (*d*) Hier, pier. vel de abſint. anal. Lipſ. ann. 1667. edit. p. 92. (*e*) L. 2. de peſt. p. 180. (*f*) Amphitheatr. ſapient. Socrat. ioco-ſer. t. 1. p. 198. (*g*) L. 2. carm

- - vtilitas & tanta potentia rutæ eſt,
Vt ſuperet meritis gramina cuncta ſuis.
Ruta virens abigit metuendos ictibus angues,
Ruta inhibet dira mixta venena manu.
Et quoties diræ ſerpunt contagia labis,
Implorant homines graminis huius opem.

Non inepte ergo Heracleotæ, ſcribente (*a*) *Athenæo*, ſub lucis ortum ſingulis diebus rutam comederunt, *Kenelmuſque* (*b*) *Dygby* ſincere fatur: om ſig van de peſt te bevriideu, wiil hy regeert, moet man wat Wiinruyt op ſiin Boter, en Brood eten, of wat ſcherpe Kaas met wat rute. Dein ex mente *Dan.* (*c*) *Ludouici* bibatur vini abſynthiaci, vel conſilio *Emanuelis* (*d*) *König* vrinæ propriæ hauſtus. Præterea herbæ Nicottianæ, qua homines *magna* (*e*) *ſumma artis*, & κατὰ μεταστοιχείωσιν *in bona charitate* fruuntur, fumus valde conducit, vtpote qui in peſte (*f*) Nouiomagenſi præcauenda inſignem præſtitit vſum. Et ſi radices ſcordii, allii, petaſiſitidis, angelicæ, contraieruæ, Zedoariæ,

(*a*) L. 3. c. 5. (*b*) Vid. Nieuwe beproefde, en wel onderſochte Genees-Middelen p. 24. (*c*) Tract. de morb. caſtr. p. 581. (*d*) Regn. animal. ſect. 3. artic. 2. p. 249. (*e*) Ex anagrammatiſmus fit: *magna ſumma artis.* (*f*) Dimerbroeck l. 2. de peſt. p. 203.

Digitized by Google

riæ, herbæ rutæ hortenſis, C.B. & dictamni Cretici cum cubebis, cortice citri, graniſque lauri, & iuniperi gr. m. inciderentur, ac cilicio inſuerentur, vaſique debitæ magnitudinis, & aceto vini acerrimo pleno inderentur, conuenientiſſimum conſtituerent profecto alexipharmacum, iſtiuſque vnum cochlear mane ſumtum ſanitatem optime conſeruaret. Regredimur in memoriam, nos anno æræ Chriſtianæ milleſimo ſeptingenteſimo decimo hoc ipſo, abſit inuidia! Illuſtriſſimum Comitem de Schlippenbach, Sacræ Regiæ Maieſtatis Boruſſiæ Generalem locum tenentem, & Gubernatorem Colbergenſem, nec non Generoſisſimum Dominum de Buddenbrock, ſupremum excubiarum in eadem tum legione præfectum, hæreditariumque in Tirſewiſchen, Vſpicion, & Meldinen in Marchia Vckerana, & Pomerania verſantes vna cum familiis a lue peſtifera tutos, ac immunes reddidiſſe. (*a*) Alii laudant E. pimpinellæ albæ bene ſaturatam mane, & puluerem bezoardicum veſperi ſumendum, (*b*) alii in magna Friburgenſium peſte anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſexto probatiſſimam mixtu-

tu-

(*a*) Conſp. medicin. Stahlianæ tab. 53. de peſte p. 358. (*b*) Bernh. Rottendorff in conſil. peſtifug. p. 19. & 20.

turam ex ſalis communis vnciis duabus, & ſulphuris optimi vncia vna confectam adduntque ei parum camphoræ. Et ſane Generoſus, ac Magnificus Dominus *Georg. Chriſtophorus Petri* (*a*) *ab* Hartenfels/ qui νῦν ἐν ἁγίοις verſatur, & inter viros literatos, ac ſtudiis medicis, doctrinisque deditos viuit, viuetque per omnium ſeculorum memoriam, ac cui mors famam, gloriamque factorum, & dictorum adeo non abſtulit, vt auxerit, idem ſulphur ἄπυρον ob admirandas virtutes tanquam cœlitus conceſſum antidotum maximi æſtimat, *Athanaſiuſque* (*b*) *Kircherus* ſulphuri adſcribit ignem quendam potentialem omnia abdita venena facultate ſua ignea conſumentem. Super hæc recta, & accurata diæta interdiu ſeruetur, quia auctoritate (*c*) *Galeni* primus, ac præcipuus fere curandi ſcopus poſitus eſt in illa non tantum cibum, & potum, ſed reliquas etiam *res non naturales* complectente, quemadmodum ex eodem medicorum (*d*) Coryphæo elucet. *Socratis* apud (*e*) *Gellium* exemplum in conſpectu habeatur, vtpote qui nequaquam Sy-

(*a*) In programm. de eo, quod in medicina. ſacrum, & diuinum eſt, Erford, 2 Ian. ann. 1698. edit. (*b*) Scrutin. peſt. ſect. 3. (*c*) L. 1. de remed. fac. par. c. 10. (*d*) Comm. 3. in l. 3. epidem. t. 9. & comm. 1. in l. de vict. acut. t. 6. (*e*) L. 2. c. 1.

Digitized by Google

Sybaritica, & Syracuſana menſa frui ac ἀδεῶς, iucunde, opipare, & apparata edere, ac libere, ſed parco, atque parabili victu ad implendum naturæ deſiderium defungi ſolitus in peſte belli Peloponeſiaci tempore Athenienſem ciuitatem depopulante ſalubritatem corporis temperantia *Xenophani* teſte *Baſil.* (*a*) *Fabro* θεμέλιον σοφίας audiente retinuit, vt minime communi omnium cladi obnoxius fuerit. In conclaui aër, iuſſu (*b*) *Dolæi*, æolipila quadam corrigatur in eodem conſtituta, ac liquore alexipharmaco, vel ſimpilci aceto, vel infuſo ex aceto rutac. calendul. &c. vino Rhenano generoſo, cort. citr. aurant. caſſ. caryoph. cinnam. & mac. facto repleta, ignique pro vento artificiali ciendo admota. Vbique non eſt dimittendus vſus ſuffimentorum ex nitro, ſulphure, ſuccino, thure, raſura cornu (*c*) tauri, cortice betulino, baccis iuniperi, & ſimilibus. Præſidiarii milites (*d*) Tornacenſes tormenta bellica ſolo puluere pyrio oppleta contra ciuitatem olim collocabant, quo ſonitu, ac commotione aëris violenta, fumantique odore aër quaſi depurgaretur, latens in eodem conta-

(*a*) In theſaur. erudit. ſcholaſt. p. 2299. (*b*) Encyclop. medic. l. 4. c. 5. (*c*) Eman. König. Regn. anim. ſect. 3. p. 274. (*d*) Lemm. occ. p. 227.

Digitized by Google

tagium diſcuteretur, & adrepens peſtis anteuerteretur. Præſertim conueniunt equorum vngulæ, ac quod in ipſarum cauo cernitur, & a fabris effoditur, (*a*) *Ranchinuſque* fœtida efficaciſſime contagii ſeminaria expurgare arbitratur. *Hieronymus* quoque (*b*) *Mercurialis* ſcribit, quod *Auenzoar* aduerſus peſtem odorem prædicet vrinæ hirci, teſtaturque, ſe, quum annis præteritis pro Cæſaris Maximiliani valetudine Viennam iuiſſet, & quadam die pranſus eſſet apud Reuerendiſſimum Hungariæ Cancellarium, vidiſſe in eius ædibus ſeruari magnum hircum, huiuſque rei cauſa quæſita reſponſum tuliſſe, id fieri pro peſte. Luculenti præterea ignes ad aërem corrigendum lignis fraxini, quercus, iuniperi, abietis, ac cupreſſi, nec non foliis (*c*) lauri, & roriſmarini, doliiſque picatis ſunt accendendi. Ita Vdalricus XX Bohemiæ Dux anno poſt Chriſtum natum milleſimo decimo ſexto circa Pragam, & alibi, vt *Heinricus Anshelmus* de

(*a*)

(*a*) L. de purif. rer. p. 279. (*b*) L. de peſt. c. 22. (*c*) *Herodianus* libro primo auctor eſt, Commodum Imperatomaximæ Romam affligentis peſtis tempore, medicorum conſilio. ſeceſſisſe Laurentum, vbi ſyluæ è lauro complures viſebantur, & multum valere ad euitandam aëris contagionem tum odores laurorum, tum ipſarum amœnitatem vmbrarum.

Digitized by Google

(*a*) Ziegler / & Kliphauſen admodum ſpecioſa equeſtri genitus familia, ac omnibus fere omnium gentium hiſtoricis magnitudine ſua inducens caliginem, nec non nouitate inuentorum, & editorum a ſe operum commendabilis perhibet, peſtilentia importuniſſima ingruente ſyluas dolabris ſternere & paſſim ex aceruis, ſtruibuſque ardentibus, quod nuper quoque indicantibus actis publicis Colonienſibus de die 27 menſis Auguſti præterlapſi anni milleſimi ſeptingeſimi vigeſimi Maſſilienſes fecerunt, incendium optimo ſucceſſu facere mandauit. Quum autem tales fumi nimis cito euaneſcant, ideo miſcela ex ſale ammoniaco, oleo vitrioli rectificato, balſamo Peruuiano &c. conflata, & diutius, copioſiuſque fumos eructans, ac minoris pretii exiſtens, vbiuis reponi poterit, vt effluuiis ſuis acidis volatilibus, & nebuloſis plurimis aërem ab infectis, & ſordibus deletricibus liberet. Quin imo laudem meretur egregiam conſilium (*b*) *Hippocratis*, qui quum totam Aſiam, atque Græciam a peſte exhauriri graviſſima videret, ſuaſit, vt ianuas, & feneſtras ſuas

H mu-

(*a*) Im täglich. Schau-Platz der Zeit p. m. 762. die 30. menſis Iunii. (*b*) Melch. Iunius orat. 5. de ædific. publ. & priuat. tom. 2. p. 729.

mutarent, & Eurum verſus, aut Aquilonem, ventos elaſticum condenſatum aërem & humoris nimii expertem in atmoſphæram introducentes, adeoque corpora compingentes, robuſta, ad motum idonea & & bene colorata, meliuſque malignitati reſiſtentia facientes, conſtituerent, atque ſic aliquot hominum millia a lue illa vindicauit. Quod ipſum & *M.* (*a*) *Varro* imitatus eſt, qui, Corcyræ quum degeret vitam ac cunctis propemodum in ædibus ægrotos decumbere animaduerteret, inducto feneſtris nouis Aquilone, ventorum, vt (*b*) *Plinius* ſcribit, omnium ſaluberrimo, iiſque, quæ Auſtrum reciperent, obſtructis, ianua tranſpoſita multos conſeruauit. Nec ſine ratione (*c*) *Plutarchus* refert, *Empedoclem* Agrigento peſtilentiam depuliſſe occluſis montis faucibus, per quas Auſter inciderat, vtpote ex oceano atlantico, & mari mediterraneo flans, ac modum excedentibus humoribus plenus exiſtens, vnde elaſticitas aëris perire debuiſſet, vitæ, atque animæ vnicum fulcrum. (*d*) *Antonini* autem *Pii*, qui intra vrbes mortuos publica ſepultura honorari vetuit, omnino vigeat decretum, mor-

(*a*) L. 1. de R. R. c. 4. p. 12. (*b*) H. N. l. 2. c. 18. (*c*) Περὶ πολυπραγμ. p. 515. (*d*) Iul. Capitol. c. 12.

Digitized by Google

mortuorumque corporibus calce (*a*) viua conſpergendis, & contegendis cito, quum *Læuino* (*b*) *Lemnio* exiſtimante ſtatim a morte ſerpat contagio, atque adſtantibus labem inferat, extra ciuitatem, quod ſuadente *ſynopſi politica* (*c*) *Reyberi* ſalubrius eſt, fatale faciant conditorium more populi (*d*) Dei, ſumptuque communi vulgaria funera, exemplo *Marc.* (*e*) *Antonini* philoſophi, iubeantur efferri, ne & fœtore forſan ſuo aliis adeo noceant, vt abire e medio, ac extremum efflare halitum cogantur. *Summa etiam cum diligentia Io. Petr.* (*f*) *Lotichii* arbitratu *proſpiciendum venit, vt cadauera rite ſepeliantur, terræque mandentur, ſcrobes, ac foſſæ tam profunde excitentur, ne a brutis erui, ac violari, vorarique ſuſtineant, & tum pecudes, boues, oues in pagis, & oppidis a lue paſſim proſternantur, vel canes*, quemadmodum anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo quinto in (*g*) Moſcouia accidit, rabioſi euadant, & in homines furentes faciant impetus, nec non ædes, agros, &

 iti-

(*a*) Theod. Zuinger. im ſicher- und geſchwind-Artzt. 767. (*b*) L. 2. de occult. nat. mirac. c. 3. (*c*) p. 787. (*d*) Gen. c. 25. v. 9. Marc. c. 5. Luc. c. 7. & Ioann. c. 11. (*e*) Iul. Capitolin. c. 13. (*f*) Conſil. & obſeruat. medicinal. 15. l. 1. c. 7. p. 115. (*g*) Gottfried. Schultzen in der neu angiert. und continuirt. Chronica d. 708.

itinera infeſta reddant. Denique funes, quibus peſte defunctorum cadauera ſepulcris illata ſunt, vel prorſus comburantur, vel flammis conflagrati ligni abietini, iuniperinique fumo ventilentur, dum docente (a) *Trincauella* aliquando per triginta annos deliteſcentes, ac caſu moti tantum breui contagium produxerunt, vt decem milia hominum abſumerentur.

ODE GRATULATORIA.

AD GENEROSUM DOMINUM AUCTOREM, CÆTERA.

Quo non flagello nos Nemeſis quatit
Seuera? noſtris criminibus potens;
Nam ſæpe fallax ſpes agrorum
Pallida membra *fame* fatigat.
Tum ſæpe bellis Mars ferus inclutas
Vrbeis ruinis implicat, & graues
Cudit catenas, funerumque
Sanguineos ſtruit, heu! aceruos.
Tum ſæpe vexant agmina *febrium*
Mortale corpus, flammaque cum gelu
Certant viciſſim nos miſellos
Præcipiti reuocare fato.
Morbos atroces, & varium genus
Vix explicabunt omne Machaones:

Hoc

(a) Conſil. l. 3. p. 360.

Hos peſtis inter principatum
Obtinet horribili veneno.
Hæc virga vindex in manibus Dei
Ira calentis, qua populos ferit,
Haud vſitata ſtrag e ſternens
Millia multa virûm repente
Vix hunc Medentum ſollicitus labor
Peſtis furorem frænat, & obiicem
Ponit veneno tam potenti,
Quod perimit iuuenes, ſenesque.
Quis non tremiſcit *Maſſilienſium*
Lugenda *peſtis* fata recolligens?
Prouinciæ pars meſſa peſtis
Falce ſuis vacat, heu! colonis.
Nati parentum vera ſuperſtites
Ætate tenera nomina neſciunt:
Incerta res eſt, vnde vitam
Et genus ille, vel iſte ducat.
Ergo bonorum prouida Principum
Temnenda non eſt cura, tyrannidem
Hanc præcauendi, ne valentes
Inficiat graue virus oras.
Sic euagantes agger aquas domat,
Sic flamma lymphis merſa reſtinguitur.
Et dira peſtis, ne nocere
Poſſit, erit fugienda caute.
Si nemo ſana mente periculi,
Ceu ſtipes excors, objicit aleæ:
Quin ipſe Jeſus in tumultu
Effugiens fera ſaxa fugit.

 At

Digitized by Google

At ſi ſupremi dextera Vindicis.
Te forte captat, dum fugis, id feras
Dauidis inſtar: pœna Cœli.
Mitior eſt hominum furore
Hæc cuncta ſcripto fuſius explicat
Scriptor politus, Weſthouius ſagax:
Quem Cæſar Ingens tot decoris
Laudibus, ac titulis ſerenat.
O viue Weſthov, nobilis ingeni
Vena venuſti! ſcribere pergito
Felice penna, ac æuiterna
Pone tuæ monumenta famæ

1. Vnde tritum illud:
Hæc tria tabificam pellunt Aduerbia peſtem:
Mox, longe, tarde, cede, recede, redi.

2. Ioh. 8. 59.
2 Sam. 24. v. 14.

Scripta
a
Wilhelmo Neuhuſio,
S. Theol. D. Philoſ. Eloq & Hiſtor. in Illuſtri Hammonenſium Athenæo Profeſſ. Publ.

Als David (*a*) dorten war zur Straffe hingezählet/
Hat ſelbſt aus dreyen Er das Beſt die Peſt erwählet/

Und

Und ſpricht: Barmhertzigkeit iſt bey
dem HErrn groß/
Aus ſeiner Hand wird man von Straf-
fe wieder loß.
Wer ſich von Jugend auf dem Willen Gott's
ergeben/
Wer Chriſtlich Lebens lang in Gottesfurcht
will leben/
Hat GOttes Gnad/ und Schutz/ er
komm' in was für Noth!
Und keine Bangigkeit/ noch Furcht für
Peſt/ und Tod.
Er weiß/ und hoffet feſt/ daß dieſes Lebens
Ende
Der Anfang jenes ſey/ da freudig in die
Hände
Man klopfen wird/ und ſchau'n des Va-
ters Angeſicht
Nebſt allen Heiligen im Himmeliſchen
Licht!
Doch bleibet heut die Frag: ob für der Peſt
darf fliehen
Ein frommer Chriſten Menſch und ander-
werts hinziehen?
Wann's wegen Amtes/ und Gewiſſens
kan geſchehn/
Wird man den Ausgang gut/ und
glücklich künftig ſehn!
Das kleinſte wird erwählt allzeit aus zweyen
Ubeln:

Digitized by Google

Und beſſer unverletzt / als Mittel' auszugrü-
beln
Wann erſt die Wunde da: was einem
ſchädlich deucht
Dafür (wie's Sprüchwort heißt) ein
jeder billig fleucht.
Nun dieſe Frage hat mit mehrerm ſchön erläu-
tert
Der **Herr von Weſthoven** mit Antwort:
Ja beheitert/
Nicht blos nach ſchlechter Art / beſon-
dern mit Bedacht
Recht künſtig ausgelegt dem Leſer vor-
gebracht.
Er fahr ſo weiter fort! Ich zweifle nicht / es
werden
Durchblättern den Tractat die Götter die-
ſer Erden/
Auch rühmen Seine Kunſt! und daß
dann Kunſt und Ruhm
Der Nachwelt anvermählt verbleib'
zum Eigenthum/
Durch Seine künſt'ge Fauſt / durch Sei-
ne künſt'ge Blätter/
Dúrch Seinen künſt'gen Fleiß / durch die-
ſes Buch! Herr Vetter!

Mit hertzlichem Wunſch / daß Gott
in Gnaden alle böſe / peſtilentiali-
ſche/ contagieuſe Zeiten abwenden/
from-

Digitized by Google

fromme Chriſten Menſchen für ſchädlichen anſteckenden Kranckheiten behüten/ und einem jeden/ was ihm nütz/ und ſelig iſt/ geben wolle! ſetzet Sr. Wohlgeb. Magnific. dem Herrn Comiti Palatino von Weſthoven &c. ſalv. tot. tit. obiges wenige zur wohlmeintlichen Gratulation zur Edition gegenwärtigen Tractats deſſen Dienſtgehorſamer Vetter

Joh. Rudiger Hammerſchmidt/
Derer Rechten Doctor, Clev: und Märckiſcher in Albo Recipirter Hoff-Gerichts Advocatus, Erbſaß zum Neuenhauſe u. ſ. w.

Hochwohlgebohrner Herr! der Kayſer
und der König
Hat Dich durch Ehr und Amt berühmt/
und groß gemacht/
Doch dieſes wie es ſcheint/ iſt Dir noch viel zu
wenig/
Du biſt noch jederzeit auf mehrern
Ruhm bedacht.
Drum wird Minerua ſelbſt üm vieles Bü-
cher ſchreiben/
Dir Dein erhöh'ter Geiſt mit Kunſt/
und Witz gebiehrt/

Gantz ungezwungen Dich dem Buche einver-
leiben/
Das zur Unſterblichkeit bis an die
Sternen führt.

Sr. Hochwohlgebohrnen dem
Herrn Auctori ſetzte dieſe zwar
wenige/ doch wohlmeinende
Zeilen

Rudiger Sachſenſche M. D.
C. P. Cæſar und Practicus zu Lünen.

Excellentisſimo, Amplisſimoque
Viro

H. W. E. de Weſthouen

S. R. I. Equiti, Comiti Palatino, Med.
D. Cæſereæ Leopoldino-Carolinæ Naturæ Curioſorum Academiæ collegæ, Regii, ac Electoralis Boruſſo-Brandenburgici Colegii medici Adiuncto per Comitatum Marcanum, nec non Poëtæ Laureato Imperatorio, Reipublicæ Hammonenſium cum maxime
Conſuli,
&c. &c.

Arnoldus Henricus Weſterhouius
S. P. D.

Tardius multo, qnam par fuerat, redditæ mihi ſunt nouiſſimæ literæ Tuæ, ſuaues illæ, & beneuolentiæ plenæ & niſi me vnus eorum. qui Amſtelodami v ehiculariam publicam faciunt, aliquando monuis-

nuiſſet, ſeruari apud ſe faſciculum quendam, pro quo perſoluere portorium recuſarent ad nos quotidie commeantes nautæ, diutius etiam fructu earum mihi carendum fuiſſet. Miratus ſum hominum illorum rationem; quaſi iniquius pretium ſtatui queat iis rebus, quæ a Weſthouio ad Weſterhouium portantur. Verum quid agas? Sic eſt iſtuc genus mortalium! Vt ad litteras Tuas redeam, mirifice in illis placuit conſilium Tuum de *Conſultatione*, vt vocas, *Philologico-Theologico-medica* propediem publicanda, qua homini Chriſtiano ſalua optimæ mentis conſcientia licere peſtem fugere rationibus omni luce clarioribus Te expoſiturum polliceris, additis inſuper προφυλάξεως & Θεραπείας fidiſſimis remediis. Enim uero argumentum Tua perſona digniſſimum. Felicem Hammonenſium Rempublicam tali Conſule. Illud, illud demum eſt conſilio, & opera iuuare ciues; illud pro patriæ ſalute excubare. Scilicet perſpectas habuiſſe prorſus ſingulares ingenii Tui dotes Maieſtatem Regiam in Boruſſia credere fas eſt; vnde Ampliſſimo Ordini Te adſcribendum nouo exemplo, atque extra ordinem ſapientiſſime cenſuit, multis dudum honoribus ornatum, quos virtus Tua meruiſ-

ſe

Digitized by Google

ſe viſa. Atque o vtinam Hammona noſtra plures Tuæ dignitatis Viros iiſdem artibus, eodemque animo præditos numeraret! ita vere neſcio qua temporum iniquitate Muſas ſeu abitum parantes ſiſti, & blande retineri, ſeu animam iam agentes tantum quod ab orco reduces in vitam factas cerneres. Tibi vero hoc maior debetur laus, qui ſolus barbariei impetum excipere, ſuſtinere, repellere aggrediaris.

Quanquam hæc ſcribens Clariſſimis illuſtris ſcholæ veſtræ Doctoribus nihil derractum volo. Alia res eſt, ſtatio alia, ordo diuerſus. Vt paucis omnia dicam, Tibi ex animi ſententia gratulor, ciuitati patriæ gratulor, orbi denique Chriſtiano opportunam illam gratulationem Tuam, quam piam magis, an eruditam dixerit, ambigit, ſat ſcio, quicunque legerit. Noſtratium inſigne par Euerardus Otto, Traiectinæ Academiæ Profeſſor, & Abrahamus Wielingius, Prorector meus, proximis feriis æſtivis Hammonam petent credo. Hiſce ego me, ſeu ſolum, ſeu cum Caia mea, filioque natu maiore comitem adiuncturus, atque ad neceſſarios, & amicos veteres, in quibus Tu vnus facile familiam ducis, ἐὰν ὁ Θεὸς θελήσῃ, inuiſurus ſum, niſi tamen Co-

Digitized by Google

Comicus meus Afer, qui iam prelum exercet, interceſſerit. Vale Excellentiſſime Weſthoui, & me, quod facis, ama. Scribebam Goudæ pridie Kalendas Decembres CIↃ IↃ CCXX.

CorporIs, & VIVI fabrICaM tV perdere noſtI
PeſtIs febrILIs, VIs trVCVLenta MoDIs
ID preCor VtarIs preCIbVs VI teMpore peſtIs
IeſV ChrIſte pIos hIC reDIMaſqVe tVos.
TV patIens ChrIſtVM patIens sIs, InVoCa, aDora,
PeſteM De VVeſthof ſVbLeVat arte CeLer!

Hæc Viro Generoſo &c. &c. Conſuli digniſſimo, & Fautori æſtimatiſſimo appoſuit

Iohannnes Forſtmann, Paſtor Oſtönnenſis, ac Miniſterii Suſatenſis p. t. Senior.

Illuſtris Doctor de Weſthoff, magne Patrone!
Dum ſcriptis quid ſit peſtis acerba doces?
Et quod ſit licitum fugere hæc contagia triſti

Tem-

Digitized by Google

Tempore, quo paſſim naſcitur iſta lues;
Dum fers ex hortis medicis medicamina prudens
Et Philo-Theiologum Te Medicumque probas;
Nympharum chorus, in primis Dryadeſque puellæ
Rident, & figunt oſcula mille Tibi.
Applaudunt, inquam, Docti, & gratantur Amici
Cuncta Tibi optantes, quæ Tua vota queunt.
Inter eos meus & calamus, velut inter olores
Obſtrepit anſer iners, Præmia multa vovens.
Vt Tibi ſana diu ſit mens in corpore ſano,
Quo ſexcenta Orbi det Tua Scripta manus.
Deſino plura loqui, videar ne forſan adulans,
Quod vitium certe eſt peſtis amicitiæ.

Magnifico Dn. Auctori Conſultationem Philologico-Theologico-Medicam in lucem edenti obſeruantiam ſuam teſtatus.

M. Thomas Forſtmann, ante hac Lycei Iſerlohn. Rector, h. t. Hemerenſium Paſtor Euangelicus, &c.

Nunc

Digitized by Google

Nunc venit in lucem TVA *Conſultatio* belle
Compater, ac Fautor deuenerande mihi!
Nam cruciat ſæuo peſtis violenta veneno
Ah! varias terras,, ſingula falce metit.
Heu! deſerta iacent; inhumataque corpora multa,
Vix tumulo condens vnus, & alter adeſt.
Aërii tractus vitiantur odoribus ergo,
Et iuuenes ſenibus iungit acerba lues.
Gratulor interea TIBI, VIR GENEROSE! decenter
De lepido ſcripto, docta per ora vola!
Perge laboratos complures edere libros,
AC TVA perVIreat faMa, DeCVsqVe bene!

HæC paVCa eXanIMo fVnDebat
Fridericus Rudigerus Gummersbach, Paſtor Marcanus.

Ἐλεγ-

ἔλεγχος

Auctorum in hoc opuſculo allegatorum.

Acta Apoſtolorum.

Medicorum Berolinenſium.
Philoſophica Societatis Regiæ in Anglia.

A.

Albucaſis.
Aldronandus (*Ulyſſes.*)
Alpinus (*Proſper.*)
Ambroſius.
Ammannus (*Paulus.*)
Anaxagoras.
Andromachus.
Anna.
Appianus.
Apuleius.
Arbelitha (*Nithæus.*)
Ariſtides.
Ariſtoteles.
Athenæus.
Aventzoar.
Auguſtinus.
Auratus.
Auſonius.
Auerrhöes.
Auicenna.

B.

Baccius.
Bachmannus. (*C.*)
Baierus. (*Guilielmus.*)
- - - - - (*Io. Iac.*)
Ballonius. (*Guil.*)
Barlæus (*Caſp.*)
Baronius.
Barthius.
Bartholinus. (*Thom.*)

Ba-

Baſilius.
Becherus.
Bechmannus (*Fridem.*)
Beda.
Behrens (*Conr. Bartholt.*)
Benedictus (*Alexand.*)
Bidembach (*D. Felix.*)
Bidloo (*Godofred.*)
Blancardus (*Steph.*)
a Bodeſtein (*Adam.*)
Bodinus (*Io.*)
Boëthius.
Bonfinius.
Bontius.
Breuleus (*Tilem.*)
Büching (*Gotfrid.*)
Budæus.
Burnet (*Thom.*)
Buxbaum (*Gutmann.*)
Buxtorfius (*Ioann.*)

C.

Calepinus (*Ambroſ.*)
Capitolinus (*Iulius.*)
Capivaccius.
Carpenſis (*Iacobus.*)
Cardanus (*Hieron.*)
Carteſius.
Caſaubonus.
Caſtalio.
Catullus.
Cellarius (*Chriſtophor.*
Celſus (*Aurel. Cornel.*)
Chemnitius (*Mart.*
Chiliades (*adagior. Eraſm.*)
Chryſippus.
Chryſoſtomus.
Cicero.
Claudianus.
Claudinus (*Iul. Cæſ.*)
Cleyer (*Andræas.*)
Columba (*Gerh.*)
Columella.
Coſtæus (*Io.*)
Crato.
Crollius.
a Cruce (*Io. Andr.*)
Curtius (*Q.*)
Cyprianus.

D.

Dacerius (*Andræas*)

Damaſcènus (*Ian.*)
Daniel.
Davides.
Democritus.
Dauſqueius.
Deuſingius (*Ant.*)
Diaconus (*Paulus*)
Diemerbroeck.
Dilherr (*Ioh. Mich.*)
Diodorus Siculus.
Diſcorides.
Dionyſius Halicarnaſſenſis.
Diuerſus (*Petr. Salius.*)
Dobreſzenski.
Dolæus.
Dornauius.
Dteſſerus (*Matth.*)
Droëttus (*Petrus*
Dygby (*Kenelmus*)

E

Empedocles.
Ennius.
Eobanus Heſſus.
Epiphanius.
Eraſmus.
Eſaias.
Euripides.
Ettmüllerus.
Euſebius.
Euſtathius.
Eutropius.
Euagrius.

F.

Faber (*Baſilius*)
- - (*Tanaquil.*)
Fabricius (*Iacob.*)
Farnabius.
Fehr. (*Io. Mich.*)
Fernelius.
Feſtus (*Sext. Pomp.*)
Fienus.
Fineus (*Orontius*)
Fiſcherus (*Læuinus*)
Foreſtus.
Fulgoſius.
Frantzius (*Wolfg.*)

G.

Galenus de Franckenau (*Georg Franc.*)
Gallus (*Andr. Trident.*)
Gehlerus.
Gellius.
Gerſtmann. (*Barth. Florian.*)

Gi-

Giſanius.
de Gogler [*Carol.*]
de Graaf. [*Regner.*]
Graba (*Andreas.*)
Graetz
Albert. Henr.
Gregorius Magnus
Grotius.
Gruterus.
Guarnerus
[*Georg.*]

H

ab Hartenfels (*Georg Chriſtoph. Petri.*)
Heerius.
Heiderus.
Heiſterus [*Laur.*]
Helyot [*La Vie de* [*Madame*]
Helmont
[*Io. Bapt. van.*]
Herodianus.
Heſiodus.
Heurnius.
Hieronymus.
Hildanus
[*Fabritius*]
Hildebrandus
[*D. Ioachim.*]
Hippocrates.
Hogdes.
[*Nathaniel.*]
Hoeferus.
Hoffmannus.
[*Fridericus*]
Homerus.
Horatius.
Hornungus.
Horſtius [*Gregor.*]

I.

Ieremias.
Ignatius.
Ioannes.
- - Saresberienſis.
Iobus.
Iordanus [*Thom.*]
Ioſephus.
Iouins [*Paulus.*]
Iunckerus [*Ioann.*]
Iunius [*Melch.*]
Iuuenalis.

K.

Kæmpferus
[*Engelbertus.*]
Kircherus.
Kirchmannus.
Kochen [*Ioann.*]
König
[*Emanuel.*]

L.

Lactantius.
Laërtius.
Lambinus.
Langius (*Chriſtian.* Io.)
Lemnius.
Lemnius (*Læuinus.*)
Lenſe. (*Ioh.*)
Leo.
Leopardus.
Liddelius (*Duncan.*)
Lipſius.
Liuius.
Lœnicerus.
Lotichius (*Ioann. Petr.*)
- - - (*Petr.*)
Lucanus.
Lucas.
Ludouici (*Daniel.*)
Maccabæor. l. 1.

M.

Machan us (*Dominic.*)
Macrobius.
Maior (*Dan.*)
Malapertius (*C.*)
Mantuanus.
Manutius.
Marcellinus.
Marcus.
Martialis.
Marulus (*Marc.*)
Maſſa.
Maſſarias (*Alex.*)
Matthæus.
Maurolycus.
Maximus
- - - (*Valerius*)
Melanchton.
Mentelius. (*Iac*)
Mercator (*Gerard.*)
Mercur. Hieronym.
Mermanuus (*Thom*)
Meurſius.
Meyer (*Wolfgaug.*)
Michaelis (*Ioann.*)
Mirandulanus (*Io. Franc. Picus.*)
Möllerus (*Martin.*)
Le Mort.
Münſterus (*Sebaſt.*)
Mynſichtus.

N.

Nepos (*Cornelius*)
a Net-

a Nettesheym
[*Henr. Corn.*
Nicephorus.
de Nidda
[*Krug Agrippa.*]
Nieſius [*Ioann.*]

O

Origenes.
Oſeas.
Ovidius.

P.

Palmerius
[*Matth.*]
Paracelſus.
Paræus.
Parenæus.
Paterculus.
[*C. Velleius.*]
Pauli [*Simon.*]
Paullini
[*Chriſt. Franc.*]
Paulus.
Pecquetus [*Ioann.*]
Perſius.
Petitus [*Sam.*]
Petrarcha [*Franc.*]
Petronius.
Petrus.
Phocylides.
Platerus [*Felix.*]
Plato.
Plautus.
Plenkerus
[*Henr. Wilhelm.*]
Plinius.
Plutarchus.
Poëtica Giſſena.
Pollio [*Trebellius.*]
Popma [*Auſon.*]
Porta [*Io. Baptiſt.*]
Poterius [*Petrus.*]
Primeroſius [*Iac.*]
Priſcianus.
Propertius.
Puerarius [*Daniel.*]

Q.

Quercetanus.
Quintilianus.

R.

Ranchinus.
Ranzouius.
Reneccius [*M. Iac.*]
Reineſius.
Reyherus.
Rhenanus [*Ioann.*]
Rhodiginus
[*Cœlius.*]
Rhodius
[*Apollonius.*]
Riolanus.

Riuerius [*Lazar.*]
Riuinus
[*Auguſt. Quirin.*]
a Rodach
[*Georg. Mundius.*]
Rolfincius.
Rottendorfius.
Rupertus
[*Chriſt. Adam.*]

S.

Saauedra
[*Didacus.*]
Sala [*Angelus.*]
Salluſtius.
Salamon.
Samuel.
Sauaro.
Saxonia
[*Hercul.*]
Scaliger.
Schröderus.
Schütteus
[*Io. Henr.*]
Schultzen
[Gottfried.]
Schuppius
Io. Balthaſ.
Scioppius.
Scottus [*Gaſpar.*]
Scultetus.
Sebizivs [*Melch.*]
Sedulius.
Seidelius. [*Brunn.*]
Seneca.
Sennertus.
Seruius.
Seuerinus
[*Marc. Aurel.*]
Sidonius.
Siffridus.
Sigbertus.
Silius.
Socrates.
Solingen.
Sophocles.
de Sorbait [*Paul.*]
Stabus.
Stahlius.
Statius.
Stephanus
[*Wenceslaus.*]
- - Gloſſarium.
Stobæus
Strabo.
Suidas.
Swalue [*Bernhard.*]
Sydenhamius.
Syluius
[*Franc. de le Böe.*]
- - - [*Æneas.*]

Sy-

Syracides.

T.

Tabernæmontanus (*Iac. Theod.*)
Tacitus.
Taubmannus (*Frideric.*)
Teichmeyerus (*Herm. Frider.*)
Terentius.
Tertullianus.
Thales.
Theognides.
Thonerus.
Thucydides.
Tibullus.
Tilemannus (*Ioann.*)
Tilingius (*Matth.*)
Tobias.
Torrentius.
Tranquillus (*C. Sueton.*)
Trauer. (M Gotthilff.)
Tritemius.
Trincauella.
Turonenſis (*Gregorius.*)
Turnebus.

U.

Ulrich (*Dan. Henr.*)
Untzerus.

V.

Valerianus (*Io. Pier.*)
Valla (*P.*)
Valleriola.
Valleſius (*Franc.*)
Varro (*M.*)
Vegetius.
Victor (*Sext. Aurel.*)
Victor (*Theodor.*)
Virgilius.
Viues (*Ioann. Luduvic.*)
Vockerodt
Vogt (*Frideric.*)
Vopiſcus (*Flauius.*)
Vorſtius.
Voſſius.
Vulgatus interpres.

W.

Wagnerus.
Waldſchmid.
Wallæus.
Walter (*Ant.*)

We

Wedelius (*Georg. Wolffg.*)
de Weſthouen.
a Weyhe (*Eberh.*)
Wierus (*Ioann.*)
Wormius.

X.

Xenophanes.
Xiphilinus.

Z.

Zachias (*Petrus.*)
Zæar
Georg. Pſaman.)
Ziegler (Heinrich & Anshelm von)
Zimara (*Anton.*)
Zonoras.
Zuingerus (*Theod.*)

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google